Ruere ſinit deus qñqꝫ in peccatũ aliquẽ ob alteri⁹ demerita.fo.xlviij.co.D

De litera S.

S Acerdos ex cõfeſſione ſciẽs cõfitentẽ inuĩcibili ignorãtia iuris diuini aut probabili iuris hũani vel facti excuſari an tenet᷑ veritatẽ intimare ⁊ innoteſcere malitiam facti.fo.xxx.co.iiij E.⁊ fo.ſequenti..F.G.H
Sacerdos ſciens inter aliquos affinitatẽ quã probare non poteſt:non tenetur ei conſcientiam de hoc facere imminente ſcandalo.fo xxxj.co.iiij.k
Sacramentũ penitentie de attrito facit contritum fo.xxxiiij co.ij.H
Sanguiſuge due ſunt dicentes affer:affer.ſ.auaritia ⁊ luxuria.fo.xlj.co.j.A
Sacerdos miſſam celebraturus aliq̃d recipere poteſt immo q̃tumuis multum qñ liberaliter offertur.fo.lxiij.co.iij.X.
Sacerdoti an liceat pecuniã dare ſi alias nolit paruulum baptizare.fo.eo.y.
Sacramentum ordinis per peccatum nõ licite ſibi procurat quiſpiam/eadẽ etiã intẽtione qua baptiſma ſibi aut paruulo licite ꝓcurat.f.lxiiij.co.j.CC
Sacerdotez inducere licet pecunia vbi alias nollet baptizare ſicut ⁊ per pene a ſuperiori inferende cõminationem.ibidem.
Sacramenta metu cõferens duplici duci poteſt intentione ſm hoc iudicandum an ſimoniam committat/nec ne.fo.lxvij.colũna.ij.XX.
Scandalon grece offendiculum/ruina/vel pedis impactio latine dicitur.fo.j.colũna.j.B
Scandalum definitur.ibidem.
Scandalum quare potius definitur per minus rectum qꝫ per malum aut peruerſum.fo.eo.colũ.ij.
Scandalum paſſiuum quid ſit.ibidem.D
Scandalum quare nõ fit per peccatum cordis ſm ſe cõſideratum.ibidem colũna.iij.F.
Scandalum quoddam eſt datum/⁊ quoddam acceptum.ibidem.G
Scandalum tam actiuum qꝫ paſſiuum eſſe peccatũ probatur.fo.j.colũna.iiij.I
Scãdalum nõ ſolum quãdo ſequitur alteri⁹ ruina: ſed etiã qñ q̃tum eſt de natura act⁹ ꝯnat⁹ eſt alijs dare cauſam ruine.fo.eodem co.iij.H
Scãdalum paſſiuum ꝓximi adeo eſt vitandum/vt omne qd fieri poteſt agẽdo vel omittendo ſalua ꝟitate vite faciendũ eſt.fo.iij.co.j.LMN
Scãdalum cauſam antiquis conſtitutiõibus dedit quibus clericus ambulans in foro vel nundinis nõ ob aliquod emendum mãdatur degradari/⁊ inter epulas cãtans grauiter obiurgari ⁊c.f.iij.co.ij.N
Scãdalum qñ oriri dꝫ ex malitia.fo.iij.co.iij.A.
Scandalum vbi orietur ex infirmitate vel ignorãtia/propter ipſum tenemur opera meritoria omittere vel ſaltem differre.fo.iij co.iij.A
Scandalum quale oritur ex hoc q prelatus predicat in ſtatu mortalis peccati fo.vj co.ij.M
Scandalum obligationẽ voti nõ ſuſpendit/licet ſit iuſta cauſa diſpenſationis.fo.vj.co.iij.O
Scrupulus quid ſit ſm Gerſo.fo.ix.co.iij.A
Scrupulus quid ſit ſm auctorẽ.fo.ix.co.iij.B
Scrupulus ſtat cũ ſciẽtia vel fide de oppoſito.ibid
Scire nõ poteſt quis certitudinaliter ſe adimplere preceptum de diligendo deum ſed ſolum probabili coniectura.fo.xlvij.co.ij.N
Scire nihil prodeſt:niſi habeatur ſimul modus ſciẽdi.fo.xlviij.co.j.A.⁊ D.colũna ſequenti.
Sciẽtia q̃uis melior mũdis infinitis ſi eſſẽt nihilomin⁹ precio vili diſtrahi põt/ſicut ſeruus ſm nature dignitatẽ infinitis mundis eſt melior/⁊ tamẽ iuſto precio venditur.fo.lviij co.iiij K
Scienti ⁊ conſentienti nõ fit iniuria ⁊c.intelligitur de cõſentiente in his quorum arbitriuz vel dominiũ habet.fo.lxxxvj.co.iij.O
Sermo iuſtitie iuuenibus ſm mores nõ affert fructum ſed detrimẽtũ/⁊ id quidem tribus modis fo.xxvj.A.colũna.iiij.⁊ fo.ſequenti.B C
Seruitiũ diuinũ dupl᷑r capit᷑.fo.lxiiij co.ij.F.
Secretum cõmiſſum homini per cõfeſſionem nullo modo poteſt reuelari:aliter vero cõmiſſa detegi poſſunt ob neceſſitatem multitudinis temporalem/vel ſpiritualem.fo.lxxvj.colũna j.P
Serui cõſẽſus null⁹ eſt:⁊ habet᷑ ſuus ꝑ ĩuito qñ ei⁹ cõſenſus eſt ꝑ ſupiorẽ reprobat⁹ fo.lxxvj.co.iij.R
Simonia alio noĩe Balamia dicit᷑.fo.lix.co.j.A
Simonia dupl᷑r capit᷑ fo.lix.colũna.ij.B C
Simonia generaliter dicta per quinqꝫ munera committitur quoꝝ ſufficientiã vide.fo.lix.co.ij.C.
Simonia deſcribitur.Ibidem.D.
Simonia illicita eſt ob tres cauſas.fo.lix.co.iij.E.
Simonia quadruplex eſt:quedã mentalis tñ ſine opere:quedã cum opere ſubſecuto: quedã conuentionalis ⁊ quedã quaſi cõuentionalis.fo.lix.co.iij.
Simoniace tam per metum qꝫ per munus fieri probatur.fo.lx co.iij.N.O.
Simonia an obliget ſemper ad reſtitutionem pulchre diſtinguitur.fo.lx.co.iij.A.⁊ fo.ſequẽ.c.j.B.
Simonia mentalis ſolum:an ad reſignationem beneficij obliget.fo.lxj.co.iij.E
Simoniacũ mentaliter diſpẽſare poteſt epiſcopus ſolũ qñ reſtitutio facienda eſt eccleſie:ſecus cum reſtitutio facienda eſt ei qui dedit.fo lxij.co.ij.k
Simoniace acq̃ſita cui reſtitui debeãt f.lxij.c.4.o.q
Signa gratificatiõis vel conſenſus ſi ſint cauſa dãni tenetur homo ratione ſignorum ad reparatione damni.fo.lxxviij co.iiij B.C.
Signum nullũ proſperitatis aut aduerſitatis ſufficienter ⁊ neceſſario arguit aliquem iuſtũ eſſe aut impium.fo.lxxxvij.co.j.A.in fine.
Socius tenetur iuuare ſocium:etiam ſi nullam habeat iuriſdictionem folio.ij.columna iij.L.⁊ l.xi co.j paulo ante.F.⁊ ſoluuntur argumẽta in oppoſitum.Ibidem.F.G.
Socium non tenetur quis ab iniuria eripere cũ proprij corporis periculo.Ibidem.
Spũale multipliciter dicitur ad ſimilitudinẽ ſpũs creati vel increati fo.lvij co iij.A
Spiritualia a dño vero emi poſſunt ⁊ vendi ſed nõ a diſpenſatoribus:quibus preceptũ eſt gratis dare fo.lxiij.co.j.R
Spũalia vẽdi nõ pñt:nõ q2 ineſtimabilia:ſed ꝓpter preceptũ de gratis miniſtrãdo.fo.lxiij.co.ij.E E.
Stultus in quo differt a fatuo.fo.xlj.co.ij B
Suadere licet vbi ꝓximus abſolute peccatur⁹ eſt vt minus malũ agat.fo.xiij.co.ij.E.
Superioribus obedire tenemur precepto quarto Decalogi.fo.xxxix.co.j.M

De litera T.

T Entare ſe an etiã oĩa parat⁹ ſit pro Chriſto derelinquere: an martyriũ ſuſtinere valde piculoſũ eſt ⁊ difficile.fo xlvij.P
Teſtis nihil pro ſua depoſitiõe capere põt ſed ſi magnos labores ſubierit inquirẽdo quid vere poſſit deponere aut extra domiciliuz eundo licite capit aliquid.fo.lviij.co.ij E.⁊ fo.lxx.co.j.Q.
Terminus periodi nature alius eſt a termino quẽ iuxta qualitatẽ ⁊ merita nobis prefixit deus. folio lxxxvij co ij.ſcda queſtione.
Timor poteſt ſe dupliciter habere quo ad eſſe cauſa alicuius actus.fo.xxvij.co.ij.B
Timore pene tãqꝫ ꝓpter finẽ omittẽs ꝓhibitũ peccat omittẽs aũt timore culpe in nullo delinq̃t.ibi
Tranſgreſſiones quatuor ponuntur a Gerſone: q̃ vir ad fundum extergi poſſunt.fo.lxxxv.B
Turpia lucra a fiſco extorquent᷑ fo.lxij.co.iiij O.

De litera V.

V Eritas iuſtitie ⁊ doctrina quid ſint folio iij.co j.paulo añ k.
Veritas vite quid ſit.fo iij co.j.k
Veritatem vite nemo pretermittere debet ad vitãdũ ſcandalũ.fo.⁊ co eiſdẽ L.

Vere vtile .i. vtile ad ſalutẽ ſolum iuſtum: honeſtũ: ne equum eſt: ⁊ contra. fo. vij. co. iiij. B.
Veritas intellectus ſpeculatiui ſumitur ex cõformitate intellectus ad rem: practici vero ex ꝯformitate ipſius ad appetitum. fo. xxiij. co. iij. C
Veritati superne adeo addicti ſunt angeli vt nihil abſolute velle queant quod non prius diuina didicerint voluntate implendum. fo. lxxxiij. co. iij. D
Verba imperatiui vel optatiui modi cũ culpã vel ruinam ſonant: in ſacris literis exponuntur ꝑmiſſiue aut prenunciatiue. fo. xxxiij. B. ⁊ fo. ſeque. C
Velle aliqd illicitũ ſub ꝯditione turpitudinẽ auferente: nõ eſt illicitũ ſecus aũt eſt de alia ꝯditiõe turpitudinem nõ auferente. fo. xlij. co. iiij. L
Velle ſeu optare vt libido virtuti preferri poſſit: vt affectus vel libido ſit regula agendoꝝ mortale peccatum eſt. fo. lxxj. co. ij. I
Viri iniquitas melior eſt ꝙ̃ mulier bñfaciens quõ intelligatur. fo. xxvj. co. j. D
Vita oĩs completa ⁊ inordinata aut eſt male vtẽs aut male fruens: non aũt verum eſt de qualibet vita fo. xlv. co. iij. E
Vltio quare a nobis tantopere expetitur ponũtur quatuor cauſe. fo. xlviij. co. iij. B
Volũtas imperfecta que ⁊ velleitas: dꝫ eſt impoſſibilium: volũtas tamen efficax non. fo. xvij. co. j. G
Voluntas informata hac volitione volo omne peccatum vitare: ſtat cum peccaminoſa operatione vel omiſſione: dum intellectus errat ſed ſine hmõi errore intellectus: eſt impoſſibile. Ibidem.
Volens antecedens neceſſario vult ꝯſequẽs: quod ſcit ad ipſum ſequi: quomodo ſit maxima illa limitanda. fo. lxx. co. iiij. F. ⁊ fo. ſequenti G.
Voluntas inordinata dicitur quuꝫ minus amandũ plus amat fo. xx. co. iiij. A
Voluntas inordiata reddit̃ ꝓpter duas cauſas ibi.
Voluntas non concurrit libere: ſed naturaliter ad actum exteriorem ⁊ ſoluũtur rationes in oppoſitũ. fo. xxiij co. j. I. K. L
Voluntas efficaciter volens finem: neceſſario vult oĩa que ſcit ad finẽ illũ eſſe neceſſaria f. xxiij. c. ij. M
Voluntas duplex eſt appetitus ⁊ eligentie. folio. xlij. co. ij. D
Voluntas an reddatur vitioſa ex eo ꝙ finem reſpicit temporalẽ. fo. lxiij. co. ij. S. T. ⁊ V. ⁊ folio. lxv. co. iij. M N
Voluntas eundi ad eccleſiam cauſa recipiẽdi diſtributiones: tripliciter poteſt intendere. fo. lxiiij. colũna. iij. G G
Voluntati ſeu diſpoſitioni dei: quo ad futurũ vbi non eſt nobis certa licet immo tenemur ignorãtes repugnare ſeu nos difformare.
Vſurarius vſuras tenetur reſtituere: etiam ſi veriſimiliter ſciant filias ſuas pre paupertate nimia ſe proſtituras. fo. v. C
Vſurarium non poſſe adiri extra caſũ neceſſitatis cõis doc. opinio eſt: ſed falſa. fo. xvij. A. ⁊ folio ſequenti. B. C
Vſurarium accedens ⁊ ab eodẽ ad vſurã recipiens extra caſum neceſſitatis non peccat dum tñ ei non placeat alterius peccatũ. fo. xviij co. iiij. M
Vulnerans alium letaliter ſi tertius eundem examinauerit: primꝰ nõ tenetur niſi hoĩs vulnerati quomodo intelligatur. fo. lxxxvij. co. j. R.

¶ Finis Tabulæ.



¶ Quodlibetica queſtio prima reuerendiſſimi in Chriſto pr̃is, domini, ac magiſtri noſtri Hadriani Florentij de Traiecto ſacræ theologiæ profeſſoris eruditiſſimi epiſcopi Darthucenſis, Cardinalis titulo beatoꝝ Ioannis & Pauli martyrũ, ac inſignis academię Louanieñ. Cancellarij multo digniſſimi An. a ſalute. m. cccclxxxviij louanij diſputata.

B VTrum propter ſcandalum vitandũ in ꝓximo: liceat alicui cõtrauenire voto vel iuramento a ſe prius rite facto. Cuius queſtionis profunditatẽ dũ tacitus dimetior: ac diſcutio: ⁊ quanta cum oporteat ſapientia eſſe preditum qui tam doctiſſimorũ viroꝝ expectatiõi etiã ad minimum ſatiſfacere poſſit: vehemẽter exhorreo onus ſubire tam arduum viribus meis lõge impar: vbi ſub faſce antea ruendum mihi ſit ꝙ̃ leuandum. Temerarium enim eſt velle docere quempiam: que nondum plene didicerit. Iudicare de alijs ipſum ab omnibus iudicandum quo fieri ſolet: vt magiſter fiat erroris: qui nõ plene diſcipulus fuerit veritatis. xxiiij. queſtio. iij. quid autem iniquius. Quomodo etiam ſermonem ſuum ſale condire poterit in gratia: vt cuiqꝫ quemadmodum oportet loquatur: quod ad Coloſſenſes vltimo monet Apoſtolus qui ignorantie circumfuſus nebulis: nec ipſum ſal videre ſinit̃: quo alia condire monetur. Quoties autem ſalis condimẽto neglecto in nõ opportuno tempore: aut nõ opportuno loco loquimur aut non vt conuenit audiẽtibus: ſermo malus: iuxta Hieronymi ſententiam de ore noſtro ꝓcedit: de quo in extremis ratio reddenda erit xxij. queſtio. v. quotiẽs. Et quis queſo neſciat huic tam preclaro ac digniſſimo cetui: nihil tam exquiſitum: tam elaboratum afferri poſſe: quod nequeat iuſte culpari: quid enim adduci poterit: quod non certum manifeſtumqꝫ erit: aut occultum ac abditum. Si manifeſtum ⁊ neminem latere preſumatur: vt cibus cõmunis erit faſtidio: ſi occultum ac abditũ dicens de eo recte diſſerere non creditur. Quid igitur mirum patres percelebres ac viri eruditiſſimi: ſi rei huiuſcemodi immenſitatẽ perhorreſcam et degenerem animũ meũ (iuxta vulgatũ prouerbium) timor arguat. Ne tamen piiſſime mr̃is mee facultatis artium onus ſemper recuſare videar: cuius honorem ſua gratia participo ⁊ commodum quãtum potero queſitum decidere conabor. Et quia ſtultuꝫ eſt ante hiſtoriam effluere in ipſa autem ſuccingi: ſecundi Machab. ij. ad materiã accedo. Primo oſtenſurus quid ſit ſcandalũ. Secũdo quid omitti aut fieri debeat ad vitandũ ſcandalum. Et tertio certas obiectiones vt breuius potero expediã. ¶ Pro primo
B igitur ſciẽdum eſt vt dicit gloſa Mathei. xv. ſuper verbo ſcis quia phariſei audito verbo hoc ſcandaliſati ſunt: ſcandalon vel ſcandalum grece nos offendiculum: ruinaꝫ vel impactionẽ pedis dicere poſſumus: vnde quis ſcandaliſauerit: id eſt occaſionẽ ruine dederit: ⁊ quia offendiculũ ruina ⁊ impactio proprie dicitur in corporalibꝰ: in ſpiritualibus autem tranſumptiue: oportet ꝙ ſpũale ſcandalum de quo nunc ſermonem habeo, dicatur ad ſimilitudinẽ corporalis impactiõis: que ſolum fit cũ ambulãti obijcitur aliquid in via: quod ei fit occaſio cadendi. Nihil autem malum eſt facere caſum eius qui ĩ via dei ambulat: niſi ſit aliquod minus rectũ. Si enim nullum rectitudinis defectum habeat: potius muniet ꝙ̃ ad ruinam inclinet. ¶ Ex hoc ſumitur a doctoribus hec diffinitio ſcandali. Scandaluꝫ eſt dictũ vel factum minus rectum alteri prebens occaſionẽ ruine: que diffinitio effectualiter ponit̃ in Glo. Mathei. xviij. ſup verbo ſi manus vel pes tuus ſcandaliſet te: abſcide eum: ⁊c̄. Vnde dicit ſcandaliſat: qui verbo vel facto minus recto occaſionem dat ruine.

¶ Cõtra hanc diffinitionem multipliciter inſtatur.

¶ Primo ſic: omne minus rectũ eſt rectũ: cũ comparatiuus preſupponat poſitiuum: ſed nullum ſcãdalum eſt factum vel dictum rectũ: cum ſemper ſit peccatum: ergo. ⁊c̄. ¶ Secundo. Aliquod eſt ſcandalum paſſiuũ puta ſpũalis ruina proximi ex dicto vel facto alterius: ⁊ illi nõ cõpetit deſcriptio: ergo ⁊c̄. ¶ Tertio. Numeri. xxxj. ſup illud vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis dicit Glo. ſcandalum eſt qñ recte ambulãti deceptio ſubmittitur ad ruinã: ſed non ſemper per factum vel dictum minus rectum decipimus eũ: quem ad peccandum inducimus: cum quãdoqꝫ ſit ſciens ⁊ conſentiens in peccatum: ſcienti autem ⁊ cõſentienti non fit iniuria neqꝫ dolus. de re. iu. libro. vj. ſcienti. ¶ Quarto. Peccato cordis poteſt quis alium ſcandaliſare prebẽdo ei occaſionem ruine: ſed illi non conuenit dicta deſcriptio. ergo. ⁊c̄. ¶ Quinto facto bono et recto poteſt quis aliũ ſcandaliſare: ergo non eſt de ratione ſcandali: ꝙ ſit minus rectum ſiue habẽs defectum rectitudinis. Antecedẽs patet de illo verbo Chriſti: niſi mãducaueritis carnem. ⁊c̄. quo multi etiã ex diſcipulis chriſti ſcandaliſabantur: ⁊ abierunt retro. Et ꝙ ſcandaliſauit eos: patet: qꝛ legit̃ eis Chriſtum di- C
xiſſe hoc vos ſcandaliſat: ſi ergo videritis filium hominis aſcendentem vbi erat prius. ⁊c̄. pro illo etiam eſt illud Eſaie octauo: vbi de chriſto dicitur: erit in lapidẽ offenſionis: ⁊ petram ſcandali. Nefas autem eſt cogitare vel dicere ꝙ aliquod dictuꝫ vel factum chriſti fuit minus rectũ: per defectum rectitudinis ergo facto bono et recto poteſt quis ſcandaliſare.

¶ Ad hec reſpondeo. Primo ad primum ꝙ minus rectum in diffinitione ſcandali non dicitur per comparationem proprie dictã: vt idem ſit quod rectum quo eſt aliquid rectiꝰ. Sed abuſiue per priuationẽ rectitudinis: vt ſenſus ſit minus rectum: id eſt deficiens a rectitudine: ⁊ hoc ſemꝑ eſt malum: dicitur tamen potius in diffinitiõe minus rectum ꝙ̃ malum: vel peruerſum ad denotãdum ꝙ ſcandalum non ſolum reperitur in his que mala ſunt ex genere actus: ſed etiã in his que ſm̃ ſe non ſunt mala: ſed habent mali ſpeciem. Talia enim etiam ſunt per ſe inductiua ad peccatũ: et ſic ſunt ſcandala: vt comedere idolothitum: quia habet ſpeciẽ mali: cum videatur fieri in veneratione idoli ſcandaliſat infirmos qui putant ipſum nõ fieri niſi in venerationem idoli. Hinc quarto Ethicoruꝫ dicit Philoſophus nihil differt an ſm̃ veritatem ſint turpia vel ſm̃ opinionẽ neutra enim operanda ſunt: et ſic nec verecundandum: et



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Apoſtolus prime ad Theſſal.v. Spũ nolite extin-
guere:⁊ prophetias nolite ſpernere:oĩa probate qđ
bonum eſt tenete: ab omi ſpecie mala abſtinete vos.
D ¶ Ad ſecundũ dico ꝙ ſcandalum paſſiuum non ca-
dit ſub diffinito dicte diffinitionis. diffinitur eñ ſo
lum ſcandalum actiuum. paſſiuum vero ſcandalum:
nihil aliud eſt: ꝗ̃ ruina ſpiritualis quã ex dicto vel
E facto quis incidit. ¶ Ad tertium dico: ꝙ omnis in-
ductio ad errorem eſt deceptio:ſiue quis ducatur in
errorem intellectus:exiſtimando verũ quod falſum
eſt:ſiue in errorem affectus qui dicitur error morũ
aut vite: et ſic ſcandaliſatus ſemp decipitur errore
vite ſeu morum:quamuis non ſemper errore intelle
ctus. Et ꝗ̃uis ſcandaliſans non ſemp decipit ex in-
tentione proponendo alium inducere ad errorem:
ſemper,tamen decipit re ipſa; puta facto vel verbo
ſuo minus recto: qđ ex ſe eſt inductiuũ ad errorem.
F ¶ Ad quartum dico ꝙ ſpiritualis obex qui ſcanda
lum actiuum dicitur: debet in via ambulanti obijci
ad hoc vt ſcandaliſet.quod fit.dum venit in eius no-
titiam alterius venire non poteſt: niſi ꝑ ſigna aliqua
exteriora que in dicto vel facto conſiſtunt:et ſic non
ſcãdaliſat niſi mediãte dicto vel facto minus recto:
G et hoc eſt actiuum ſcandalum. ¶ Ad quintum dico:
ꝙ ſcandalũ ſumitur dupliciter. Uno modo genera-
liter pro facto vel dicto: a quo per occaſionem pro-
cedit alteri⁹ ruina: ſiue occaſio ſit data ſiue accepta
et ſic bona dicta vel facta bene ſunt ſcandala. Alio
modo ꝓ dicto vel facto ex ſe dãte occaſionem ruen-
di:et ſic ſcãdalum dicitur de malis ex genere:vel ha-
bentibus ſpeciem mali. Diſtinctio occaſionis date ⁊
accepte innuitur ab Apoſtolo ad Romanos ſepti-
mo cum dicit. Occaſione autem accepta peccatum
per mãdatũ operatum eſt in me omnẽ concupiſcen-
tiam:vbi glo. talis eſt nr̃a carnalitas vt ardẽtius de
ſideret ꝓhibita:quibus nõ memoratis iaceret quaſi
ſopita: innoteſcentia eñ mandati magis eſt repreſſi-
ua et refrenatiua concupiſcentie :quam inflamma-
tiua: ſed per accidens:ex noſtra ſtultitia et carnalita
te que mandato ſe confirmare non nititur: fit vt ma
gis peccemus mandato nobis manifeſto: qꝛ ſeruus
ſciens volũtatem domini et non faciens : plagis va-
pulabit multis. Luce duodecimo. ¶ Et meli⁹ erat
eis viam iuſtitie nõ agnoſcere:quam poſt agnitionẽ.
⁊c. Quomodo Sapientie.xiiij. dicitur ꝙ creature
dei ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium. His
ſimile datur in corporalibus. Ut ſi volenti tranſire
viam lutoſam : ſupponantur lapides :vt fieri ſo-
let mediãtibus quibus poſſit tranſire viam ſine de-
fedatione. Talis ſi nollit auertere lapides ⁊ ambu-
lando celum aſpiciat plus forte fedabitur ꝗ̃ ſine la
pidibus:vt ſi per eos totaliter ruat ĩ lutum: ſed cer
te lapides nõ dant ei occaſionem defedandi: ſed ipſe
ſumit: quum magis ſint ei preſidio vt poſſit ſe non
fedare ſi velit: ſic dico de xp̃o: qđ eius dicta vel fa-
cta ſcandaliſabãt primo modo: ſed non dabant occa-
ſionem ruendi:et ſic loquuntur doctores de ſcanda-
lo actiuo. ¶ Hic tamẽ aduertendum eſt : quod licet
H factũ bonũ quod nullam ſpeciem mali habet nunꝗ̃
ſit actiuum ſcãdalum: bene tamen eſt peccatũ aliud
ſi fiat tempore quo illud omittere teneor : ad vitan-
dum paſſiuum ſcandalum proximorum. Uerbi gra-
tia ſit princeps terre; non habens legitimum here-
dem : qui ſi ingrediendo religionem deſerat terras
ſuas erit malis libertas auertendi plurimos ex ſub
ditis ſuis a vera Chriſtiana fide:ad infidelitatis er-
rorem:talis niſi omittat:vel ſaltem differat ingredi
religionem peccat illo bono: ſed non fit tunc hoc fa-
ctum bonũ bene:et ſic ſimpliciter eſt malum ex tem-
poris circunſtantia. Unde vt dicit Dionyſius. iiij.
de diuinis nominibus. Bonum eſt ex integra cauſa
malum vero ex ſingulis defectibus. Et Philoſo-
phus. ij. Ethicorum circa diffinitionem virtutis:
quod dirigere : id eſt bene agere vnice contingit : id
eſt tantum vno modo : peccare vero multis modis:
ex quibus clarum eſt actum dici malum : ex cuiuſ-
cunꝗ̃ circũſtãtie debite defectu. ¶ Ex iſtis infero
correlarie ꝙ omne ſcandalum tam actiuum: ꝗ̃ paſſi- I
uum eſt peccatum. De paſſiuo certum eſt quia nihil
aliud eſt ſcandalum paſſiuum : ꝗ̃ ſpiritualis ruina
proximi ex dicto vel facto alicuius. De actiuo ver-
bo. Primo ꝑ diffinitionem ſcandali actiui : quia eſt
dictum vel factum minus rectum. ⁊c̃. Secũdo quia
vt dicit glo. numeri. xxxj. grauius peccatũ eſt dare
peccati cauſam: ꝗ̃ peccare: ſed ſcandaliſare eſt dare
peccati cauſam: ergo. Tertio : quia peius eſt ledere
aliquem in bonis anime: ꝗ̃ fortune vel corporis: vt
patet. ix. q. j. ex merito plebis. ⁊c̃. deteriores: ſed le-
dere alium in bonis fortune vel corporis: ſine dubio
eſt peccatum: ergo etiam ledere ĩ bonis anime: quod
fit per ſcandalum actiuũ. Hinc dicit Hieronymus
in Michea: qui de ſuis aſſeclis: id eſt ſeruitoribus
ordinant vitam eorum in ſcandalum populi expõẽ
tes rei ſunt infidelitatis eorũ: qui ſcandaliſantur. j.
queſtione. j. Si quoſcunꝗ̃ de aſſeclis. et ibidem c.
placuit. Si qui propter exactionem miniſtrorum a
baptiſmate ſe ſubſtraxerint (et idem iudicium eſt
de alijs ſacramentis) neceſſe eſt vt ab his perditio
eorum requiratur : quorum ſpolia pertimeſcẽtes a
baptiſmi gr̃a ſe ſubtraxerũt. Quarto patet idẽ au-
ctoritate Chriſti. Matthei. xviij. Qui ſcandaliſaue
rit vnum de puſillis his expedit ei vt ſuſpendatur
mola aſinaria in collo eius: ⁊ demergatur in profun
dum maris. Gloſa. Quia melius eſt pro culpa bre-
uem ſuſcipere penam: quã eternis ſeruari cruciati-
bus hoc non procederet: niſi ſcandalũ actiuum eſſet
peccatum. ¶ Contra iſtud correlarium inſto tripli-
citer. Primo ſic. Nulla peccata eueniunt ex neceſſi-
tate: ſed ſcãdala eueniũt ex neceſſitate. Iuxta illud
Saluatoris. Math. xviij. neceſſe eſt vt veniant ſcan-
dala. ergo. Maior patet: quia ſcḋm beatum Auguſti-
num. Peccatum adeo volũtarium malum eſt: vt niſi
ſit voluntariũ nõ eſt peccatum. Que ſententia adeo
vera et manifeſta eſt: vt nulla huic doctorum pauci-
tas nulla indoctorum turba diſſentiat. xv. queſtio-
ne prima in principio. Et vaſis ire deus non inferet
interitum: niſi ſpontaneum inueniretur homo habe
re peccatum. xxiij. queſtiõe. iiij. Nabuchodonoſor.
ergo nullum peccatum euenit ex neceſſitate. Secũ-
do ſic. Nullum peccatum procedit ex pietatis affe-
ctu. Nam vt dicitur Matthei. vij. Nõ poteſt arbor
bona fructus malos facere: ſed aliquod ſcandalum
procedit ex pietatis affectu. ergo. Minor probatur
quia ſuꝑ illud ſaluatoris Matthei. xvj. dicẽtis Pe
tro ſcandalum mihi es: dicit Hieronymus. Error
Apoſtoli de pietatis affectu veniẽs: nunꝗ̃ mihi in-
centiuum videtur eſſe dyaboli. ¶ Tertio ſic. Scan-
dalum dicit impactionem : ſed non quicunꝗ̃ impin-
git cadit: ergo ſcãdalũ qđ eſt ſpũalis impactio põt
eſſe ſine pctõ ſine caſu ſpũali. ¶ Ad hec dico. Pri-
mo ad maiorẽ prime obiectiõis ꝙ licet nullũ pctm̃
euenit ex neceſſitate abſoluta: bene tñ ex neceſſita-



te conditionata. Ex tribus cõditionibus ſcilicet di-
uine preſcientie: aut prenunciationis : cõditione nr̃e
carnalitatis: et cõditione vtilitatis inde prouenien-
tis: quomodo dicit Apoſtolus. j. ad Corinthios. xj.
Neceſſe eſt hereſes eſſe : vt qui probati ſunt manife-
ſti fiant. De prima neceſſitate dicit Chryſoſtom⁹:
quod tale neceſſe non deſtruit ſpontaneum poteſta-
tis : neꝗ̃ libertatem electionis: quia predictio eius
ſcandala non inducit. Non enim quia predixit futu-
ra ſunt: ſed quia futura ſunt predixit. ¶ De ſecũda:
K ſcilicet neceſſitate ex conditione noſtre carnalitatis
datur: ſicut medicus videns aliquos indebita dieta
vtentes : dicat: neceſſe eſt tales egritudinem incur-
rere: quod intelligitur: niſi dietam mutauerint. Ita
ſimiliter de ſcandalis neceſſe eſt ſcandala euenire :
ſupple ſi homines vitam carnalem continuauerint.
¶ Ad ſecundum reſpondet Beatus Tho. xxxviij.
diſtin. iiij. ⁊ ſecũda ſecunde. q. xliij. articulo ſecũdo:
L ꝙ ſcandalum ſumitur ibi pro quocunꝗ̃ impedimen
to preſtito alicui in via quam proſequi intendit. vo-
lebat enim Petrus quodam pietatis affectu mot⁹
ad Chriſtum: impedire ipſum: ne pateretur intẽdẽs
ꝙ dictum Petri nõ erat ſcandalum ſcḋm dictam diſ-
finitionem: quod peccatum nominat. ¶ Hec ſolutio
multis non placet : tum quia actus Petri erat er-
ror: vt patet ex verbis Hieronymi allegans: tum qꝛ
actus bonus non tam duram increpationem meruiſ
ſet: vt ei diceretur: vade retro me Sathana : adiecta
cauſa ſcandalum mihi es : quia non ſapis ea que dei
ſunt: ſed que ſunt hominum: vbi Gloſa interline. ad-
uerſarie mee voluntatis offendis me: volẽdo preire
ſequere potius ſententiam meam . Ideo admitto ꝙ
dictum Petri erat peccatum ⁊ ſcãdalum actiuum:
quantũ in ſe fuit ſcandaliſans: vt vult Ricardus de
media villa in quarto: retrahendo Chriſtũ ab eo qđ
ex iniũcto patris ⁊ lege charitatis facere debuit: li-
cet per ipſum Chriſtus non ſcandaliſabatur: qꝛ pec
care non potuit. ¶ Ad maiorem igitur rationis di-
M co ꝙ ibi per arborem vt vult Glo. ⁊ etiam Lyra. in-
telligitur actus bonus interior : qui non facit fru-
ctum malum: id eſt actum exteriorem malum. ſic au
tem non erat de actu interiore Petri: licet proceſſe-
rit ex pietatis affectu: ſicut mẽdacium obſtetricum
egyptiarum. Nec mirum ꝙ affectus naturales ſine
diſcretione: et recte rationis moderamine inducant
ad peccatum: quia vt dicit Bernard⁹: zelus ſine di-
ſcretione precipitat. Et. vj. Ethicorum dicit Phi-
loſophus ſicut corpori forti ſine viſione moto : acci-
dit falli fortius: qꝛ viſum non habet: ita prediti vir-
tutibus naturalibus : ſine prudentia in via morum:
longius aberrant. Et. vij. Ethicorum: cum probat
incontinentiã ire minus malam eſſe: ꝗ̃ ſit incõtinen-
tia concupiſcentie dicit : ꝙ ſicut veloces miniſtrorũ
ante auditum omne dictum: id eſt priuſꝗ̃ audiãt, fi-
nem precepti excurrunt: ⁊ ita in actione peccant: et
canes audito ſonitu ſtatim latrant: non ſcrutato an
ſit amicus qui ſtrepitũ facit ; ita ira audit quidẽ ra-
tionem: ſed preceptum nõ exaudit id eſt non totali-
ter audit: ⁊ properat ad vlciſcẽdũ. Ita ſimiliter ze
lum habẽtes ſine ſcientia et diſcretione : peccant in
actione: licet pietate moueãtur ad agendum . Hinc
ad Romanos. x. dicit Apoſtolus : voluntas cordis
mei: et obſecratio fit pro illis in ſalutem teſtimoniũ
enim perhibeo illis ꝙ emulationem quidem : id eſt
zelum dei habent : ſed non ſcḋm ſcientiam. ¶ Nec ob-
ſtat quod Hieronymus dicit actũ Petri de pieta-
tis affectu procedẽtem non fuiſſe incentiuum dya-
boli. Quia vt dicit Auguſtinus: ſunt qui nõ ſolum
non vincuntur: ſed vltro ſe peccato offerũt: nec expe
ctant tentationem : ſed preueniunt voluptatem : de
peni. diſtin. quinta cõſideret. Et in libro de eccleſia-
ſticis dogmatibus. Non omnes cogitationes noſtre
male a dyabolo excitantur: ſed aliquoties ex noſtri
arbitrij motu emergunt . Non oportet igitur omne
peccatum ꝓcedere ex incentiuo dyaboli: vt pulchre
deducit Thomas prima ſecũde . q. lxxxviij. arti. vl.
¶ Ad tertium dico: ꝙ ſicut null⁹ impingit corpora
liter niſi aliquo modo flectatur a rectitudĩe: ita nul- N
lus impingit ſpiritualiter: niſi aliquo modo recedat
a rectitudine ſpirituali: et talis diſceſſus a ſpiritua-
li rectitudine ſemper eſt culpa ad minus venialis.
¶ Sequitur nũc ſecũdus articulus: in quo qđ omit-
ti vel agi debeat ad vitandũ ſcandalum: inquiritur.

Secundo videre ſtatui qđ omitti aut fie-
ri debeat ad vitãdum ſcandalum. Pro-
pter ſcandalũ vitandum ſcilicet ne ſcan-
daliſet: tenetur homo potius omnia tor
menta et damna ſubire: ꝗ̃ actiue ſcanda-
liſet: melius eſt enim omnia mala pati: ꝗ̃ malo con-
ſentire. xxxij. q. v. Ita ne. Scandaliſare autem: vt ex
dictis patet eſt peccare. ¶ Ad cognoſcẽdum autem
quid homo facere teneatur: vt preſeruet proximum A
a ſcandalo paſſiuo : pono hanc concluſionem . ¶ Si-
cut tenemur proximo non inferre mortem corpora-
lem: et eũ a morte corporali preſeruare ſi poſſumus
ita et de morte ſpirituali . Primam partem quo ad
hoc quod tenemur proximo non inferre mortẽ cor-
poralem probo ex illo mandato decalogi. Non oc-
cides : ꝙ etiam tenemur proximum a morte corpo-
rali quantum poſſumus preſeruare. Probabo: pri-
mo ꝙ hoc tenemur per ſubuentionem in facultati-
bus . Secundo ꝙ tenemur ad hoc: repellendo ab eo
iniuriam . Primo probo ex verbo Ambroſij : quiſ-
quis paſcẽdo hominem ſeruare poteris: ſi non paue-
ris occidiſti. lxxxvj. diſtin. paſce. Et ſi tempore peri-
culi: quo iuſtus ad mortem rapitur plus apud te va
leat pecunia tua ꝗ̃ vita morituri : non eſt leue pec-
catum. lxxxvj. diſtin. non ſatis. Non eñ grãdis dif-
ferentia eſt: letum inferas: an admittas: mortem eñ
languentibus probatur infligere: qui hanc cum poſ
ſit non excludit. lxxxiij. diſtinctione prouidendum:
vbi gloſa infert : ꝙ medicus gratis tenetur curare
infirmum: quia plus debet valere apud eũ vita mo-
rituri: ꝗ̃ propria pecunia. lxxxvj. diſtinctione nõ ſa-
tis. Et mota queſtione ſi infirmus ſit diues: et nihil
velit dare medico: an teneatur ipſum gratis curare:
cum nemo cogatur de ſuo beneficium facere. x. que-
ſtione ſecunda precarie: et medicus licite recipit pe-
cuniam. xiiij. queſtione quinta : non ſane : reſpondet
ꝙ tenetur cum ſuis impenſis curare: et ſi conualue-
rit: repetat: quia vtiliter geſſit eius negocium: alle-
gat. ff. de nego. geſt. l. Pomponius. Ad argumentũ
vero ex. capitul. precarie : ibi non reſpondet : ſed in
capitulo precarie ſuper verbo. cogi. ponit tres exce-
ptiones ab illo: ſcilicet nemo cogitur de ſuo. et cete-
ra. Primo fallit : ſeptima queſtione prima. omnis.
vbi dicitur qui negant fugientibus : et neceſſitatem
patientibus faciendam eſſe miſericordiam : ipſum
Chriſtum negant : qui eſt miſericordia et veritas.
Secundo fallit : vbi aliquis alij prodeſt : et ſibi non
nocet. allegat. ff. de aqua plu. arcenda: in ſum. §. item
varius. Tertio fallit. lxxxvj. diſtinctio. paſce. et hoc

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



ſeruit propoſito: pro excluſione argumenti: quod
ſcilicet hic ſit ſpeciale. Etiā tex. nū dicit ꝙ nemo co
gitur de ſuo beneficium facere: ſed ꝙ nemo cōtra
rationē: ⁊ vtilitatem cogitur. ⁊c. Hic autem non eſt
contra rationē ſed ex rationis naturalis dictamine
⁊ diuine legis precepto. ⁊ ſic nō obſtat illud ca. pre
carie. Et pro hac opinione Gloſſa multum facere
videtur: ꝙ tenemur ꝓhibere ſi poſſumus eum: qui ni
titur necare ſeipſum. xxiij. queſtione. iiij. nimium.

B ¶ Idem ꝙ ſcilicet teneamur per facultatum ſubmi
niſtrationem ⁊c. Probo auctoritate diuine legis.
nā vt legitur. Matthei. xxv. in finali iudicio dicet
dominus dānandis. diſcedite a me: ⁊c. eſuriui ⁊ non
dediſtis mihi manducare: ſitiui ⁊ non dediſtis mihi
bibere: hoſpes eram ⁊ non collegiſtis me. nud' fui ⁊
non cooperuiſtis me: infirmus ⁊ in carcere. ⁊ nō viſi
taſtis me: interpretans ſibi hec denegata: quādo ꝓ
ximis neceſſitatem patientibus non ſunt impenſa.
Ubi manifeſte patet ꝙ pro omiſſione operum miſe
ricordie quibus proximum in vita ſeruare poſſem'
eternaliter damnabimur. ergo tenemur: ⁊c. Hic Ja
cob. v. dicitur Agite nunc diuites: plorate vlulātes
in miſerijs: que aduenient vobis. diuitie veſtre putre
facte ſunt: veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſūt. au
rum ⁊ argentum veſtrum eruginauit: ⁊ erugo eorū
erit vobis in teſtimonium: ⁊ manducabit carnes ve
ſtras ſicut ignis. theſauriſatis vobis iram in nouiſſi
mis diebus. Et Ambroſius. Non minus eſt crimi
nis: quam habenti tollere: cum poſſis ⁊ habundans
ſis: indigentib' denegare. eſurientium panis eſt: quē
tu detines: miſerorum' indumentum: quod tu re
cludis: redēptio captiuorum: pecunia quā in terra
defodis. Tantorum te ergo inuadere ſcias bona ꝗ
tis poſſis preſtare quod velis. xlvij. diſtinc. ſicut hij.
Et Hieronimus Aliena rapere conuincitur: qui vl
tra neceſſaria ſibi retinere ꝓbat. xlij. diſtictione. c. j.

C ¶ Secundo probo ꝙ tenemur ad hanc preſeruatio
nē a morte: per iniurie repulſiōem a proximo. Pri
mo ex c. fortitudo. xxiij. q. iij. vbi dicitur. Fortitu
do que bello tuetur a barbaris patriam vel domi in
firmos: aut a latronibus ſocios plena iuſtitia eſt.
Etiā qui a ſocio non repellit iniuriam cum poteſt:
tam in vitio eſt: ꝗ ille qui facit eadem cau. ⁊: q. non
inferenda ⁊ Et ibidem c. finali dicitur. oſtēdit ꝓphe
ta nec illos immunes eſſe a ſcelere: qui permiſerunt
principibus Chriſtum crucifigere. cum pro multi
tudine timerentur ⁊ poſſent ſe a conſenſu: ⁊ illos a
facto liberare: qui enim deſinit obuiare cū poteſt: cō
ſentit. Ubi gloſa. hic ſumitur euidens argumentū
contra illos. qui dicūt ꝙ ſocius nō tenetur iuuare
ſociū: niſi habeat aliquam iuriſdictiōem. Nec videt
valere Glo. aliorum ad predictos textus dicendo ꝙ
poteſt: dicit poteſtatem iuriſdictiōis. ⁊ nō viriū cor
poralium quia ſic textus non diceret ꝙ nō repellit
a ſubito. ⁊c. Item nec exemplum de Moyſe ſerui
ret ſic Ambroſio ad ſuum propoſitum qꝛ Moyſes
cū Egyptiū inferentē hebreis iniuriā occideret et
D abſcōderet ſub ſabulo nullā erat iuriſdictionē aſſe
cut': nec diuina ordinatiōe nec humana ſocietate: vt
videtur ex textu. Exodi ſcdo. Et pro iſto facit. ca.
dilecto de ſen. ex libro ſexto vbi dicit. Licet vnicui
ꝗ ſuo vicino vel proximo pro repellēda iniuria: ſuū
impartiri auxilium. Immo ſi poteſt ⁊ negligit vi
det iniuriantem fouere: ac eſſe particeps eius culpe
vbi textus videtur ſolum loqui de potentia corpa
li: ⁊ non iuriſdictiōis. Et qꝛ ad ſcire veritatem opꝫ

magis de fonte ꝗ de riuulis querere. lxxvj diſtin. ſe
iunium. recurramus ad auctoritatem diuine legis:
vn̄ hi canones originaliter ſumpti ſunt: Prouerbio
rum. xxiiij. dicitur. Erue eos qui ducuntur ad mor
tē ⁊ qui trahūtur ad interitum liberare ne ceſſes: ſi
dixeris vires non ſuppetunt: qui ſcrutator eſt oīm
ipſe intelligit. ⁊ ſeruatorē anime nihil fallit: reddet
que homini iuxta opera ſua: vbi manifeſtum eſt pro
phetam ſolum loqui de potentia viriū ⁊ corporalis
fortitudinis. Item prime Joan. iij. dicitur: Qui vi
derit fratrem ſuum neceſſitatem patientem ⁊ clau
ſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet
in eo: quaſi dicat nullo modo. Sed qui videt fra
trem ſuum per iniuriam peremi: cum ei poteſt ſine
piculo ꝓprij corpis ſuccurrere: ſi nō ſubuenit clau
dit viſcera ſua ab eo: ergo charitas dei non manet in
eo: ⁊ ſic peccat. Addo notāter cū poteſt ſine pericu
lo ꝓprij corporis: quia ordinata charitate tenetur
quiſꝗ preferre ꝓprij corporis ſalutē ſaluti corpa
li ꝓximi. niſi ꝓximus fuerit eccleſie dei valde neceſ
ſarius ad ſalutem ſpiritualē multorū. quomodo cō
mendantur priſca ⁊ aquila: eo ꝙ ceruices ſuas pro
paulo ſuppoſuerunt. ad Romanos. vl. Itē ſi nō ꝓ
ſeruauerimus ei vitā cū poſſum' per iniurie repul
ſionē nō videmur ipſum ope ⁊ ꝟitate diligere: vt mo
net Joan. j. canonica ſua. iij. c. ſed verbo ⁊ lingua. et
ꝗd ſtultius eſt dicere: ꝗ ꝙ tenemur ꝓximo ꝑ facul
tatū ſubminiſtrationē ſubuenire ⁊ nō ꝑmodicā no
ſtram: vbi alias iniuſte perimeretur: ⁊ cuius aſinum
ruentē ſub onere teneremur ſubleuare. Iuxta illud
Exo. xxiij. Si videris aſinum odientis te: iacentem
ſub onere. nō ꝑtrāſibis: ſed ſubleuabis cum eo: non
ipſum violenta morte teneamur eripe: Et ſciāt iſti
ſe nō habituros de allegationis nitore ſubſidiū. vbi
iudicabitur eo teſte quo iudice. ix. q. iij. aliorū. Etiā
huius opinionis reperio fuiſſe illum antiquū gloſa
E torem Iuris canonici Joannem: vt patet ex Gloſa
preallegata: ⁊ glo. ca. quāte preſumptionis. de ſen.
ex communi. Nec videtur valere argumētum quod
alij pro ſe adducunt licitum eſt pro defenſione pecu
niam accipere: nec repetitur ſi data fuerit. pro quo
allegauit. ff. de do. ſi pater. §. primum: ergo nō tene
tur quis ad hoc: ꝓ quo allegant. ff. de condi. ob tur.
cau. l. vl. Quia lex illa loquit de illo ad qd quis ab
ſolute ⁊ pure gratis tenetur. loquitur enim de cō
modatario qui repoſcenti cōmodatum nō vult gra
tis commodatum reſtituere ⁊ ſimilibus. Jam certū
eſt quiſꝗ pure gratis tenetur commodatum reſtitu
ere ſecus eſt de iſtis operibus miſericordie: in defen
dendo vel paſcendo morientem Quod probo ex ca.
ſi quis de furt. vbi dicitur ſi quis per neceſſitatē fa
mis aut nuditatis furatus fuerit cibaria vel veſtē
aut pecus peniteat ebdomadas tres. ⁊ ſi reddiderit:
non cogatur ieiunare. vbi ſm vnam lecturam docto
rum: ⁊ videtur maxime equitatis: quamuis neceſſi
tas fuit maxima. Si poſtea pinguiorem fortunam
fortitus non reſtituerit: peccat. Si vero neceſſitate
ceſſante ſtatim reſtituit: in nullo deliquit. et non co
gitur penitere vel ieiunare. Ex quo concludo ad ꝓ
poſitum: ꝙ nō teneor pure gratis paſcere fame mo
rientem vel defendere eum qui accipiendo iniuriam
perimeretur ſed poſſum ꝓteſtari de mercede mei la
boris vel ope: aut dati repetitiōe: ſi ad piguiorē for
tunā venerit. etiā a patiente neceſſitatē: licite capio
pecuniā ꝓ cibo meo quo eū paſco. ⁊ tamē nihilomi
n' tenerer eū ſine pecunie acceptiōe paſcere ſi pecu

ꝙ nō teneo' pure gratis paſcere fame morientē ſ.



piam non haberet: ergo nullo modo valet argumen
tum. licite ſumo pro defenſione pecuniam: ergo ad
hoc non teneor. ¶ Secundam partem concluſionis
ſcilicet ad idem tenemur quo ad mortē ſpiritualem
probo: quia tenemur proximum preſeruare a morte
corporali cū poſſumus: etiaꝫ a ſpirituali. Cōſequē
tia tenet a minori. ¶ Unde ſic argumētatur Augu
ſtinus. Quid igitur de opere miſericordie quod ꝓ
vita eterna adipiſcenda: ⁊ pena eterna vitanda hoī
bus debemus impendere iudicandum eſt: ſi pro ſalu
te iſta non ſolum temporali: ſed etiam breui: ſic nos
ſubuenire hominibus ratio vera ⁊ benigna compel
lit. xxiij. queſtione quarta: ipſa pietas. Item quia
plus tenemur diligere animam proximi: ꝗ eius cor
pus: cum maius damnum ſit in amiſſione vnius ani
me: ꝗ in interfectione innumerabilium corporū ho
minum etiam innocentium. xxiiij. queſt. iij. ſi habes.
¶ Ex qua concluſione ſic fundata infero hoc corre
larium. Omne quod fieri poteſt agendo vel omittē
do ſalua veritate vite: faciendum eſt ad vitandum
ſcandalum paſſiuum proximi: ſed nihil contra veri
tatem vite. Pro intellectu huius correlarij aduer
tēdū eſt quod veritas: vt in rebus reperitur: dicit cō
formitatem ſeu adequationem rei ad intellectum ⁊
ergo omne illud quod intellectui recto ſeu rationi
recte conforme eſt ⁊ adequatum: dicitur verum. po
teſt autem rationi recte aliquid dupliciter eſſe con
forme: in ratione ſigni ⁊ in ratione regulati vt dicit
beatus Thomas diſtinctione. xlvj. iiij. in fine prime
queſtionis. In ratione ſigni actiones noſtre ſunt cō
menſurate ad mentem: dum quis taleꝫ ſe exhibet in
dictis ⁊ factis exterius: qualis eſt interius. ⁊ talis
appellatur a Philoſopho. iiij. Ethicorū. eutheka
ſtos id eſt verax ſermone ⁊ vita: cōfitens circa ipſū
exiſtentia ⁊ non maiora: vt iactator: neꝗ minora vt
yron ſiue yronicus. In ratione regulati: aliquid eſt
adequatum intellectui: quando eſt tale quale recta
ratio dictat ipſum debere eſſe. Ipſa enim ratio eſt.
ſignum ad quod oportet agentem aſpicere vt poſſit
recte agere ac medium attingere: ſuperabundantiā
⁊ defectum declinando: vt dicitur in principio ſe
xti Ethicorum. Et iſtud regulatum aut eſt opatio
vel opus procedēs a tali operatione. Et quia opera
tio procedens ab anima: eſt quedam vita ſecunda.
Ideo rectitudo talis operatiōis dicitur veritas vi
te. Rectitudo autem operis regulati conſiſtit in pe
cunia diſtributa ſecundum meritū ⁊ dignitatē ꝑſo
k narum accipientium vel data cōmutatiue ꝓ aliquo
appreciabili: dicitur veritas iuſtitie. Ex iſtis cōclu
do ad propoſitum: ꝙ omnis rectitudo actuū noſtro
rum eſt veritas vite: cum veritas vite nihil aliud ſit
ꝗ conformitas ſeu adequatio operationis vt regu
lati ad rectam rationem: vt ad ſuā regulaꝫ. Ex quo
patet ꝙ nō ſaluat veritas vite ſine veritate doctri
ne vel iuſtitie: ſi enim falſum doceatur vel iniuſtum
fiat operatio noſtra non eſt recta cum non ſit rationi
recte conſentanea. Et ergo etiam ad veritatem vite
pertinet. vt qd exterius geritur: interiorē mētis ha
L bitum ⁊ diſpoſitionem repreſentet: de verbo. ſigni.
cle. exiiij. ¶ Hoc premiſſo probo primo ſecundam ꝑ
tem correlarij: videlicet ꝙ nullus debet aliquid fa
cere contra veritatem vite ad vitandum in proximo
ſcandalum paſſiuum. Primo quia indecens eſt ſuū
crimen alienis commodis impendere. xlvj. diſt. ſicut
non ſuo. Nec vult deus tali lucro: tale damnum cō
penſare: xxxiij. q. v. ſi dicat vir. Hic autem impēde

ret crimen ſuum alieno commodo: ergo. Idem vult
regula iuris: qui ſcandaliſauerit. ſi de veritate ſcan
dalum oritur: vtilius naſci permittitur: ꝗ veritas
relinquatur. Preterea ordinata caritate quiſꝗ te
net ꝓpriā ſalutē preferre ſaluti proximi: ergo nul
lus debet aliquid committere contra veritatē vite
pro ſalute ſpirituali ꝓximi. Primam partem eiuſ
dem correlarij ꝙ ſcilicet omne quod fieri poteſt. ⁊c.
probo primo per gloſam Mar. ix. ſuper verbo: quiſ
quis ſcandaliſauerit: que dicit. Notandum ꝙ in bo
no opere noſtro aliquādo cauendum eſt ſcandalum
proximi: aliquando pro nullo habendum. Inquan
tum ſine peccato poſſumus vitare proximi ſcanda
lū debemus. Si vero de veritate ſcandalum orit: vti
lius naſci permittitur. ⁊c. Idem ſentit Hierony. in
ſua regula. Omne illud faciendum eſt ad vitandum
ſcādalū ꝓximi: quod fieri poteſt ſalua veritate vi
te: iuſtitie: doctrine. ſed omnes tres ille ꝟitates ſal
uantur vt oſtenſum eſt cum ſaluat veritas vite: er
go omne qd fieri poteſt agendo ¶ Secūdo quicūꝗ
ordinem diligendi peruertit: plus diligendo quod
minus diligendū eſt aut ecōtrario: eius charitas eſt
inordinata: vt patet ꝑ Amb. exponentem illud can
ticorum ſecundo. Introduxit me rex in cellam vina
riā: ordinauit in me charitatē. ⁊ per magiſtrum di.
ix. ſecundi ſententiarum in principio. Sed qui pro
pter ſcandalum vitādū in proximo: nō facit qcquid
poteſt ſalua veritate vite peruertit ordinē diligēdi
plus diligendo: quod minus debet diligi: ergo. Mi
nor patet: quia tenemur ſuper alia preter deum ⁊ ꝓ
priam ſalutem diligere ſalutem ⁊ animā ꝓximi. Ali
as eīm nō diligimus ꝓximum ſicut nos ipſos. Sed
ſi quis aliquod eorū que emitti vel fieri poſſunt ſal
ua veritate vite nō vult omittere aut facere vt pre
ſeruet proximū a morte ſpirituali: plus diligit illd
ꝗ proximi ſalutem: cum nemo ambigat eū plus di
ligere illud quod vult ſaluare cuꝫ alterius detrimē
to vel deperditione. ergo plus diligit minus diligē
dum. ¶ Et cōfirmo quia ſicut nos ꝓximos noſtros
diligimus: quando ad mores bonos ⁊ ad vitam eter
nam conſequendam ſicut nobis eorum ſaluti cōſuli
mus. quando nos in eorum peccatis ⁊ periculis co
gitam': ⁊ ſicut nobis ſubueniri optaremus. ita eis
ſubuenimus: de penit. diſti. ij. c: charitas ſecūdo. Et
Auguſtinus debet homo diligere proximum ſuum
ſicut ſeipſum. vt quem potuerit hominē beneficen
tie conſolatione: doctrine informatione: aut diſci
pline coertione: adducat ad colendum deū. xxxiij: q.
iiij. debet homo. ſed pro ꝓpria ſalute tenemur face
re quicquid poſſumus ſalua ꝟitate vite. ergo ⁊ ꝓ ſa
lute proximi. Ex his patere exiſtimo: quanto ſtudio
⁊ prouidentia cauere debeamus. nec ex dictis vel
factis noſtris aliquis ſumat occaſionem ſpiritualis
ruine: non conſiderātes que noſtra ſunt: ſed que ſūt
aliorum. Ad philippenſes ſecundo: Et debent fir
miores imbecillitates infirmorum ſuſtinere: ⁊ non
ſibi placere: ſed proximo in bonum ⁊ edificationem
ſicut nec Chriſtus ſibi placuit. Ad Romanos deci
mo quinto. Niſi enim alter alterius onera portaue
rimus non implebimus legem Chriſti. vt innuit A
poſtolus ad Galath. ſexto cum dicit alter alterius
onera portate: ⁊ ſic implebitis legem Chriſti Qua
ſi dicat aliter non implebitis. Hinc emanaſſe credo
illa ſanctorū patrū cōſtituta: quibus clericus nō ꝓ
emendo aliquid in nundinis vel foro deambulans:
ab officio ſuo mandatur degradari. xix. diſtinc. cle

ricus. Et clericus qui inter epulas cātat acerrime obiurgari ⁊ ſi in vitio pſiſterit excōmunicari. xxij. q. j. clericū. Et ꝙ exiens de auditorio: ſacerdote verbum faciente in eccleſia debeat excōmunicari de cōſecra. diſtin. j. ſacerdote: que ſi iam ſeruarentur: pauci noſtri timeo euaderent penas q2 iam prohdolor ⁊ omnes declinauimus. ſimul inutiles. ⁊c. ⁊ hec de ſecundo articulo.

¶ Tertius articulus.

¶ Reſtat nunc tertio vt veritas magis eluceſcat q̄d in particularibus caſibus agendum ſit argumētatiue tangere q2 in his que circa operationes ſunt ſermonibus vniuerſales quidem fiāt inaniores. particulares autē veriores ſecūdo Ethicorū. ¶ Et primo inſto contra primam partem correlarij dupliciter. ¶ Primo ſic. Cōſilia poſſunt pretermitti: ſalua veritate vite ⁊ tamen nō tenemur ea pretermittere ad vitandum in proximo paſſiuum ſcandalum ergo prima pars antecedentis patet. quia q̄d precipitur eſt neceſſitatis. conſilium vero voluntatis. Vn̄ p̄cepto domini non obedire peccatum eſt. cōſilio aūt ſi quis vti noluerit: minus boni adipiſcetur: non mali aliq̄d perpetrabit. xiiij. q. j. quiſquis. ¶ Et ſecunda pars probatur per illud Hieronymi ad Eliodorū: licet paruulus in collo pendeat nepos: licet ſparſo crine ſciſſis veſtibus oſtendat vbera mater: licet in limine pater iaceat: percalcato patre ſiccis oculis ad vexillū crucis euola. ſummū genus pietatis eſt in hac re eſſe crudelem. Et loquitur de ingreſſu religionis: q̄ eſt conſilij: ⁊ non precepti. ergo. ⁊c. ¶ Secundo

A ſic: Res temporales non ſunt dimittende propter ſcandalum. ergo non omne: ⁊c. Antecedens patet: quia beatus Thomas Cantuarienſis repetijt res eccleſie: cum ſcandalo regis ⁊ principum Anglie. ¶ Ad primum dico ꝙ Hieronymus loquitur: vt exponunt doctores: vbi ſcandalum oritur ex malicia ⁊ hoc contemnendū eſt exemplo Chriſti. cui cum diceretur: ſcis quia phariſei ſcādaliſati ſunt audito hoc verbo ait. Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus celeſtis eradicabit: ſinite eos ſūt ceci ⁊ duces cecorum. ⁊c. Et dicitur oriri ſcādalū ex malitia: dū quis non propter nature infirmitatem: nec q2 ignorat quod agit eſſe malum: ſed tāq̄ filius tenebrarū odiens opera lucis cōcitatur: vel potiꝰ ſeipſū cōcitat: ex hoc quod videt bona fieri: ad faciendū mala. Sed ſi ſcandalum paſſiuū orietur ex infirmitate vel ignorantia opus conſilij propter ipſum vitandū deberet pretermitti vel ad minus differri. Iſtud patꝫ primo vbi ſcandalum oritur ex infirmitate: vt ponamus aliquē bonum prelatū: qui ſubditos ſuos verbo doctrine ⁊ conuerſatione vite: vt pane celeſti ſuſtentat in via dei: qui gregem deſerat veriſimile eſt ꝙ ſtatim ſubuertentur: ⁊ more aliorum incipiēt vitijs carnis deſeruire. Iſte non poterit lege charitatis ſuū gregem deſerere aſſumendo vitam religiōis. Cū iuxta ſententiā gregorij. qui valet ⁊ renuit omnipotentis dei oues paſcere. oſtendit ſe paſtorem ſummum non amare. Nec poteſt quis licite ibi ſecretum ſuū vtilitati proximorum preponere octaua q̄ſtione prima. in ſcripturis. ⁊ decima ſexta queſtione. i. vos autem Quod idē oporteat vbi ſcandalum oritur ex ignorantia patet per illud leuitici decimo nono: non maledices ſurdo: nec coram ceco ponas offendiculum: ſed timebis dominum deum tuum. Vbi gloſa: ſurdo maledicere eſt abſenti ⁊ non audienti derogare. Coram ceco ponere offendiculum eſt diſcretam quidem agere: ſed ei qui lumen diſcretionis non habet ſcādali occaſionem prebere: ergo vbi ruina in peccatum orietur ex infirmitate vel ignorantia tenemur bona opera noſtra omittere vel ſaltem intermittere vt proximos a morte ſpirituali preſeruemus ¶ Quo ad ſecundum argumentum videtur dicere bea. Thomas ſecunda ſecunde: queſtione. xliij. art. octauo. in corpore queſtionis: ꝙ repetitio talium bonorum ſicut ⁊ depoſitorum eſt in p̄lato de neceſſitate ſalutis. ⁊ ergo non poteſt pretermittere propter quodcūq̄ ſcandalum ſalua veritate vite. Et ſic argumentū nō procedit. ſecus eſſet ſi fuiſſent bona ſua que licite dimiſiſſe potuiſſet. Sed iſtud nō videt̄ vniuerſaliter procedere: quia eccleſia ipſa propter generale ſcandalum tenetur bona ſua dimittere apud non veros dominos. Et ergo dicunt doctores communiter ꝙ nō poteſt licite petere decimas in locis. vbi non eſt conſuetum ſoluere decimas. cum timeatur ex hoc ſcandalum: ⁊ auerſio multorum a fide Quomodo Paulus propter ſcandalum in Chorinthijs vitandū noluit ab eis ſumere cibum. cum ex hoc offendiculum obueniſſet Euangelio Jeſu Chriſti. Vt patꝫ prie ad Corinth. ix. Etiā non plus eſt in p̄lato repetitio bonorum eccl'ie de veritate vite. q̄ꝫ in alio reſtitutio alieni prius iniuſte detenti: Sed ad p̄ſeruādū proximos a ſcandalo paſſiuo lꝫ differre reſtitutionē vt ex dicendis patebit: ergo etiā licet prelatis eccliarum differre repetitionē: ſi veriſimiliter timeat̄ emerſurum ſcandalū impediens aliquos a ſalute ¶ Ideo pro ſolutione argumenti p̄mitto ꝙ nihil infeliciꝰ eſt felicitate peccantium qua penalis nutritur impunitas ⁊ mala volūtas velut interior hoſtis roborat̄: xxiij. q. j. paratus: proſperitas em̄ ſtultorum perdet eos. puerbiorum. j. Hinc eccleſiaſtes. viij. dicitur: q2 nō cito contra malos pfertur ſnīa abſq̄ timore vllo perpetrant mala filij hominū. Et ſecundi Machab. vi. non multo tempore ſinere peccatoribus ex ſētētia agere: ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficij indiciū eſt. Ex quo patet ꝙ pene plurimos reuocāt a pctō: ſi ſtatim adhiberēt̄ pene: ⁊ nō eſſēt de impunitate ſecuri. In hoc caſu cū videlicet ex repetitione noſtra veriſimile eſt proximos qui noſtra detinēt tandem eſſe corrigendos: nō ſolū poſſumus: ſed tenemur noſtra repetere: immo ſi hoc tunc dimiſerimus: vel propter iudicium vulgi vel timorem cruciatus corpis non eſt ſine mortali peccato. vt ſentit beatus Thomas in materia de correctiōe fraterna ſecunda ſecunde. q. xxxiij. articulo. iij. Tunc em̄ talia ita anime dominātur: vt fraterne charitati p̄ponantur. Et idem ſentit Aug. lib. j. de ciuitate dei: pro quo etiā facit illud Aug. qui ad ſe confugientem q̄ꝫ tum honeſte poteſt ad reſtituendū nō cōpellit: ſociꝰ eſt fraudis ⁊ criminis. xiiij. q. viij. ſi res. Nec obſtat ꝙ pro preſenti ex noſtra repetitione multa ſcādala incurret dū tm̄ iſtud finaliter proficiet eius ſaluti. quia non tenemur proximum a ſcandalo paſſiuo preſeruare vbi non proficiet eius ſaluti. Quomodo dicit beatus thomas. xix. diſtinctio. iiij. quamuis ſciamus fratrem ex noſtra correctione pro preſenti cōcitandum ad odiū: dum ex hoc ſperatur finalis correctio fratris nū eſt deſiſtēdum a correctiōe. Et ſic credo fuiſſe in facto Beati Thome Cantuarienſ. Aut forte oriebatur ſcandalum ex malitia ⁊ hoc vt in priori ſolutione dixi cōtēnēdū eſt. Quō aūt liceat ſua repetere i caſu: vbi ſcādalū orit̄ ex infirmitate ⁊ nō ex malitia patebit i argumēto de reſtitutione.



¶ Contra ſecundam partem concluſionis: ꝙ ſcilicet aliquid ſit faciendum contra veritatem vite ad vitādum ſcādalum in primo arguit̄. Primo ſic. vitatio cuiuſlibet peccati pertinet ad veritatem vite: ſed ad vitandum ſcandalum proximi debet hō veniale peccatū cōmittere Ergo: minorem probo tripliciter. ¶ Primo ſic. quia plus debet homo cauere eternum dānum proximi quod incurreret per mortale pctm̄ q̄ꝫ temporale damnum proprium: q̄d incurreret per peccatum veniale. ¶ Secundo: quia vt probatur de noui operis nū. cum ex iniuncto. Ab his operibus que ſine peccato mortali ōmitti poſſūt: pariter ⁊ dimitti pro ſcandalo ceſſandum eſt: aut pro ſcādalo vitando inſiſtendum: vbi autem canon non diſtinguit. nec nos diſtinguere debemus. xv. q. iij. ſane. xxxj. q. j ꝙ ſi dormierit cū ſuis ſimilibus. ergo veniale poteſt ſine mortali. ⁊c. ¶ Tertio: quia mēdacium q̄d ad minus eſt peccatum veniale. licite fit pro vita corporali ſeruanda: ergo a maiori etiā licite fit pro ſalute ſpūali primi ſeruanda. Antecedēs patet exemplo Abrahe: qui vt legitur Geñ. xij. dixit Saray vxori ſue: noui ꝙ pulchra ſis mulier ⁊ cū te viderint Egyptij dicturi ſunt vxor illi eſt: ⁊ interficiēt me ſeruātes ſibi: dic ergo obſecro ꝙ ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi ob gratiam tui. ⁊ ea occaſione vt in fine capituli dicitur dixit Saray ſororē ſuam eſſe. Et idem dixit Abimelech regi vt pꝫ geneſ. xx. Quod autem in hoc laudabiliter fecit ptꝫ: quia hoc facere debuit in tutelam corporis ſui ne tentaret deū. xxij. q. ij. q̄ritur: ſic etiā in immolatione yſaac videtur mētitꝰ Geneſis. xxij. dicens ſeruulis ſuis: expectate hic cū aſino: ergo ⁊ puer illuc vſq̄ properātes cum adorauerimꝰ reuertemur ad vos: ſuper quo dicit Ambr. prophetauit quod ignorabat. Ipſe ſolus diſponebat redire immolato filio: captioſe autem loquebatur cum ſeruulo: ne cognito negotio impediret eum aut gemitu obſtrepet aut fletu. xxij. q. ij. Si q̄ lib. ꝫ culpa. Et ſi forte in aliquo iſtorum excuſari poſſit a mēdacio: non videtur excuſari poſſe: quin decepit ⁊ hoc eque videtur contra veritatem vite: dicit̄ em̄ Leuitici. xix. nō mentiemini: neq̄ꝫ decipiet vnuſq̄ſq̄ꝫ proximū ſuum. ¶ Secundo probo idem ſic: reſtituere alienum eſt de veritate vite: immo de iure nature: ſed iſtud debet homo p̄termittere ad vitandum ſcādalum proximi: quod probo: q2 damnum ad quod per ſcandalum deueniretur maius eſt q̄ꝫ damnum ōſurgens ex nō reſtitutione: iam e duobus malis minus malum eſt eligendum. xiij. diſtin. nerui. Vnde dicit Panor. in. c. officij. poſt Innocētium ⁊ alios extra de peni. ⁊ remi. de illa que marito ignorāte ſuppoſuit ſibi partum alienum: ⁊ ſic defraudauit veros heredes. ꝙ ſi veriſimiliter ei crederetur ⁊ nullū ſit periculū in reuelando peccat niſi reuelet: ⁊ nō eſt ſibi penitētia fructuoſa durāte fraude: aut non crederetur ei nec habet probationes promptas: cum tūc fruſtra fieret non tenetur: argumento. c. plerumq̄ꝫ. ij. q. vij. Aut habet probationes promptas ⁊ veriſimiliter credetur ei: ſed ſubeſt periculū mortis i reuelādo: tūc debet potius tacere. quia in non reuelando eſt periculum rerum in reuelando autem periculum animarum ⁊ corporum inter que duo mala debet minꝰ eligere: allegat. c. nerui. xiij. diſtin. Et ad obiectionem de regula iuris que dicit ſcandalū vtilius naſci. ⁊c. Reſpondet poſt Innocentium ꝙ regula illa procedit in iudice vel teſte: qui habet iudicare vel dicere veritatem: quā non debet propter ſcandalum relinquere: ſed ſic non eſt de muliere. Adijciens in fine ꝙ ſatis eſt mulieri penitere ſi nō habeat vnde ſatiſfaciat his qui marito ab inteſtato ſucceſſiſſent. Et confirmo: depoſitariꝰ debet retinere gladiū deponentis contra eius voluntatem: vbi ex eius reſtitutione immineret periculū mortis eius cui reſtitueretur: vel ēt aliorum. xxij: q. ij. ne quis arbitretur. Sic ēt licet detinere hominē ne ſe p̄cipitet vel aliū feriat vt pulchre deducit beatꝰ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lxv. ar iij. ¶ Tertio ſic. non fornicari eſt de veritate vite: ⁊ tamen faciendum eſt ad vitandum ſcandalum: ergo. Secundam partem probo auctoritate magiſtri ſententiarum di. xxxviij. iiij. vbi in fine dicit ꝙ is qui cupit ad primam ⁊ veram vxorem reuerti. dum cogitur eccleſiaſtica diſciplina ſtare cum ſecunda incipit excuſari per obedientiam ⁊ timorem de hoc ꝙ in preſenti poſcēti mulieri debitum reddit: a qua tm̄ nunq̄ꝫ exigere debet: ergo iuxta magiſtri ſententiam ob ſcandalum vitandum emerſurum ex non obediendo eccleſie. licite fornicatur. Idem ſentit Hugo de ſancto Victore: qui inter doctores eccleſie inſignis habetur lib. ij. de ſacramentis parte. xj. cap. vj. vbi ex intentione determinat is qui clamdeſtine contraxit cum vna: ⁊ poſtea in facie eccleſie cum alia propter ſcandalum quod ex eius inobediētia oriretur: debet obediendo eccleſie manere cum ſecunda. Et reſolutorie ibi dicit in his ergo occultis in quibus temporalis inſtitutionis non naturalis preceptionis preuaricatio eſt: mihi videtur ea que latent: manifeſtis ⁊ maxime his: q̄ ſine graui ſcandalo mutari non pn̄t p̄iudicare non debere: ſed magis expedire: vt in manifeſtis ſcādalum caueatur: ⁊ de occultis ad gratiā ⁊ miſericordiā defugiatur. Et vt vult cum homo ſua malitia vagente in neceſſitatem peccandi venit: vt nō poſſit portare legem: niſi maledictionem p̄uaricationis incurrat cōmittat illi deꝰ per miſericordiā legem ⁊ donat penitenti: vt ſaluus eſſe poſſit. Qui vtiq̄ꝫ nō ſaluaret̄: ſi per iuſtitiā ⁊ rigorē legis ſine miſericordia iudicaretur. Addit fortaſſe nō tibi. ⁊c. ¶ Si forte q̄s dixerit plures doctores poſteriores tenere oppoſitū ⁊ illis propter multitudinē eſſe aſſentiendū. Videt̄ auctoritas iſtorum multitudini p̄pōderare: aut ad minꝰ equiparari. Vn̄ vbi ſcripture aliq̄ recipiunt̄ a paucioribꝰ maioris auctoritatis: alie a pluribꝰ: equalis auctoritatis h̄ nde ſūt. xix. di. in canonicis ſcripfis. ⁊ ſic ad minꝰ opiniōi huic adherēs: cēt tutꝰ ⁊ habet̄ intētū: ꝙ talis licite fornicabit̄. ⁊c. ¶ Si dixeris per eccleſiā determinatū opin̄: ⁊ huic eſſe ſtādū: de. ſen. excō. c. inquiſitioni. vbi d2: ꝙ ſciens pro certo impedimentū propter quod alteri cōiugū cōmiſceri nō poſſet ſine mortali pctō dꝫ potiꝰ humiliter excōicationis ſententiam ſuſtinere: q̄ꝫ per carnale cōmerciū pctm̄ operari mortale videtur nō ſufficiēt̄ excludere argumentū. Tū q2 nullū videt̄ eſſe tale impedimentū: niſi lege nature impediēs: propt̄ q̄d nō poſſit ad mandatū eccleſie. vt vitet ſcandalum cōmiſceri nō ſue vxori. Tū q2 nulli dubiū eſt: qui propter mādatum nunq̄ꝫ debeat pctm̄ opari ſꝫ an actꝰ qui alias eēt mortalis: excuſet̄ a peccato ppt̄ eccl'ie mandatum ⁊ ſcandalum ſicut propter ignorantiā. vt xxxiiij. q. j. in lectum. iā textus allegatus ſolū dicit ſi ſciat tale impedimentū: propter quod ſine mortali. ⁊c. tūc potius debet humiliter ⁊c. Nec facit mētionem de ſcandalo: an tollat effectū obligatiōis impedimenti: quo impeditur matrimonium per legē mere poſitiuam: an nō. Et ꝙ illud non deciderit videt̄

Universidad de Deusto Biblioteca



ex. c. literas de reſtitu. ſpo. quod eſt eiuſdem Innocentij. iij. vbi de tertia opinione que dicit aliquādo reſtitutionē eſſe faciendā ⁊ aliquādo non: dicit illi nō incōgrue adaptari vt in gradib⁹ diuina lege ꝓhibitis reſtitutioni aditus ꝓcludatur: ſed in conſtitutiōe interdictis hūna: locū habeat reſtitutio cū effectu. vnde non peccat qui in hoc articulo: ad mandatum eccleſie debitū reddit cōiugale. Et ſtatim ad ꝑpoſitū ſubditur: Nos nullā de ꝑdictis ſentētijs reprobamus: nec cuiqꝫ earum aliquod ꝑiudiciū ex noſtra reſponſione volumus generari: ergo videt̃ iudicium reliquiſſe. An in gradu cōſanguinitatis ſola humana lege interdicto: liceat ad mandatū eccleſie. ⁊c̄. Pro iſto facit ꝙ ibidem ſolū decidit: reſtitutionē non eſſe faciendā: cū offeruntur ꝓbatiōes parate de gradu diuina lege prohibito: ⁊ non de alijs: fundās ſe in hoc ꝙ tūc nō poſſit illi ſine mortali cōmiſceri. Per quod a cōtrario innuere videt̃: ꝙ ī ḡdib⁹ humana lege ꝓhibitis poſſit. Pro iſto etiā facit opinio glo. ⁊ Hoſtien. in. c. ꝓpoſuit de cōiu. ſeruo. dicentiū ꝙ tpe litiſpendentie poteſt quis cōmiſceri ei cui mouet queſtionem ſtatus: ad mādatū eccl̃ie: ſine hoc ꝙ in eā de nouo cōſētiat: vt in vxorem. Et idem videt̃ poſſe deduci: cōtra beatū Tho. xxxvj. diſt. iiij. ⁊ Panor. dicētes ꝙ nō tenetur talē: ꝓpter mādatū eccleſie in vxorē ducere. vbi ꝓbabiliter dubitat vel vehementer ꝓſumit: aut pro certo cognoſcit. Nam vt pꝫ ex. c. inquiſitioni de ſen. excō. ⁊. c. quid culpat̃ xxxiij. q. j. in dubio tenet̃ ei debitū reddere: ſed nō tenet̃ ſm̄ iſtos: ſicut nec ſm̄ alios: maritali ⁊ nouo cōſenſu in eam cōſentire. ergo poteſt eā cognoſcere tā ꝗ̄ talem cui queſtio ſtatus mouetur. Hoc tamē certum eſt ꝙ quicunqꝫ in his caſibus facit cōtra cōſciētiā: edificat ad iehennā. xxviij. q. j. omnes. §. ex his. ¶ Quarto ſic. Mutilare ſeipſum in aliquo membro eſt contra veritatem vite. vt patet ꝑ illud Apoſtoli ad Galathas. iiij: teſtimoniū ꝑhibeo vobis: quoniam ſi fieri poſſet: oculos veſtros eruiſſetis: ⁊ dediſſetis mihi. vbi gloſa marginalis: ⁊ eſt Auguſti. fieri poterat per potentiā: ſed non ꝑ iuſtitiam ergo fieri non poteſt: poſſe iuris. ꝙ tamen iſtud faciendum ſit ad vitandū ſcandalū patet per illud Matthei. v. ſi ocul⁹ dexter ſcandaliſat te: erue eum ⁊ proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorū tuorum: ꝗ̄ totū corpus tuū mittatur in iehennā. ⁊ idē dicit̃ Matthei. xviij. ¶ Quinto ſic. Vitare excōmunicatū eſt de veritate vite. ſed hoc debet ꝑmitti ad vitandū ſcandalum: vt patet ex. c. iulianis. xj. q. iij. ⁊ glo. ibi dē. cōmunicabant eñ ibi chriſtiani milites iuliano apoſtate ⁊ heretico: ne ſuſcitaret ſcandalum eccleſie. ¶ Et cōfirmatur: qꝛ Machabei ꝓ euitāda morte corporali bellauerunt in ſabbato. vt patet. j. mach. ij. quod erat cōtra veritatē vite. ergo a maiori ad vitandum mortem ſpiritualem ꝓximi. debet homo cōmunicare excommunicato. ¶ Sexto ſic. docere ſubditum in ꝑlato eſt de veritate vite. Nam de manu eius requiret dominus ſanguinem ſubditi pereūtis dicitur ezechiel. iij. Nec poteſt paſtoris eſſe excuſatio ſi lupus oues comedat ⁊ ipſe neſcit. de reg. iu. ꝗ̄uis cauſe. Sed hoc debet pretermittere ꝓpt̃ ſcandalum: ex quo peccaret docendo. prout clare deducit Thom̃. xix. di. iiij. in materia de correctione fraterna. Iam ad peccatū nulla eſt obligatio. ij. q. j. ſi peccatum. ¶ Septimo ſic. obſeruantia voti eſt de veritate vite. dicitur enim deute. xxiij. cum votū voueris deo non tardabis reddere: quia requiret illud dominus deus tu⁹. ⁊ ſi morat⁹ fueris imputabitur tibi in peccatum ſi nolueris polliceri. ⁊c̄. Sed voto cōtra ueniendum eſt ad vitandum ſcandalum. Quod ꝓbo primo. qꝛ hoc licet propter corporalem ſalutē ꝓximi vt patet de ꝓfeſſo: cui⁹ parētes deſtituti hūano auxilio: niſi eis ſuccurrat cōtra volūtatē ſui ſuperioris exeūdo: neceſſaria vite eis ꝓcurando peribunt. Ad hoc eñ tenetur lege diuina. cum ꝓceptum honorādi parētes extēdat ſe ad adminiſtrationem neceſſariorū vite: vt pꝫ Matthei. xv. Et ꝓ iſto eſt illud Gāgreñ cōſilij. ſi qui filij. xxx. diſt. ¶ Secundo ꝓbo idē ſic: illud quod votū fiēdū impediret. ſi p̄ns eſſet: etiā voto facto obligationē aufert. vt dicit beat⁹ Tho. diſt. xxxviij. iiij. in materia de voto in ſolutiōe ad primū. Et eſt rō. qꝛ nullus ꝑ actū ꝓpriū pōt ſeipſum eximere ab obſeruantia diuine legis. ergo propter qḋ preſens teneret̃ votū nō emittere. idem voto ſuperueniens excludit obligationem voti. Et ꝓpter hoc dicit Tho. votū recipe diſpenſationem: qꝛ alias ſubtraheret̃ ꝑlato ſiue ſuperiori ius ſuū: cū habeat ius ꝑcipiendi ex iuſta ⁊ rationabili cauſa interdū: qḋ non ſtat cū voti obſeruantia. ſed ſi ſcādalum de p̄nti eēt emerſurum ex actu vouendi: teneret̃ ad minus votū differre. ꝗ̄ ſi idem ſuperueniat voto facto: tollit voti obligationem. ¶ Et cōfirmo iſtud. qꝛ obligatio poſterior nō pōt ꝑiudicare priori: vt pꝫ ex. c. veniens. ⁊ c. intellecto: de iureiurā. ⁊ his q̄ ibi dicūt̃ ꝑ doctores. Sed prius ante emiſſionē voti: tenebat̃ nō ſcandaliſare tali actu: ergo ꝑ voti emiſſionem: nō eſt de obligatus. ¶ Octauo ſic. Non ꝓſtituere filiā eſt de veritate vite dr̄ eñ leuitici. xix. Nō proſtitues filiā tuā: vt cōtaminet̃ terra ⁊ impleat̃ piaculo. ſed hoc videtur faciēdū ad vitādum ſcandalū: exēplo Loth qui vt dicit̃ geñ. xix. zodomitis vallantibus domum ſuam: vt poſſēt cognoſcere viros: qui ad eū erāt nocte illa ingreſſi: egreſſus ad eos: ⁊ poſt tergū accludens hoſtiū ait Nolite q̄ſo fratres mei: nolite queſo malū hoc facere. habeo duas filias que necdū cognouerunt virū: educam eas ad vos: abutimini eis: ſicut placuerit. dūmmō viris iſtis nihil faciatis mali ꝙ aūt in hoc imitandū ſit: videt̃. qꝛ cōmendat eum Ambroſius: eo ꝙ domus ſue verecundie: ꝓferebat hoſpitalem gratiam. xxxij. q. vij. offerebat Sanctus Loth. ¶ Nono ſic: Sumere cibū pro refectione corporalis indigentie: eſt de veritate vite. cū ſit de iure nature ſtricte ſumpto: qḋ natura oīa animalia docuit. ⁊ tamē eſt ꝑtermittēdū ad vitādū ſcādalū: ergo. ¶ Secundam partem antecedētis probo. per illud Apoſtoli ad Roma. xiiij. Noli tuo cibo illum ꝑdere ꝓ quo Chriſtus mortuus eſt. Et illḋ. j. ad Chorin. viij. ſi eſca ſcādaliſet fratrem meum: nō manducabo carnem in eternum: ne fratrem meū ſcandaliſem. Et iterum ſati⁹ eſt fame mori: ꝗ̄ idolothito veſci: quod intelligitur cum ſcandalo aliorum. xxxij. q. iiij ſicut ſanctius. ¶ Ad hec reſpondeo primo ad primā probationem minoris prime rationis: ꝙ ad vitandum A peccatū nō īclinamur principaliter ex damno proprio. quia vt dicit Tho. hoc eſſet a peccato deſiſtere: timore pene. ⁊ hoc eſt peccare: ſi quis enim furtum non facit: quia timet ne iudicetur: intus in corde fecit ⁊ reus furti tenetur. de peniten. diſtinctione prima. ſi propterea. qui enim timore facit preceptum: nō facit de re. iu. qui ex timore. Sed inclinamur ad hoc: ne deū offendam⁹ cuius offenſa ēt eſt pctm̄ veniale. ꝗ̄uis nō ita magna vt mortale. Null⁹ aūt dꝫ deū parē offendere: nec alius offendat multū cū de



beat deum in infinitum plus: ꝗ̄ proximum diligere. Et ergo pulchre dicit Tho. diſt. xvij. iiij. in materia de contritione: ꝙ talis debeat eſſe cōtriti diſpoſitio ꝙ plus diſpliceat ei culpa: vt eſt offenſa dei: ⁊ ei indigna: ꝗ̄ vt eſt ſibi peccanti nociua: ſic ꝙ potius vellet ſuſtinere eternā penam: ſeparata tamen ab ea ratione offenſe: ꝗ̄ committere offenſam: etiā ſi poſſet impune. Hic Geneſis. iij. dicit Gloſa. Gregorij. Superbit qui peccatum non deſerit ⁊ ſi liceat impune. Dicit tamen Tho. ꝙ de hoc non eſt tentand⁹: quia nō facile poteſt homo menſurare affect⁹ ſuos. Immo quod min⁹ diſplicet: interdū magis diſplicere videtur. Dico igitur ꝙ nullus debet veniale cōmittere: vt alius vitet mortale cū ſecundū Aug. null⁹ ſit ad eternā ſalutē perducendus: opitulante mendacio. xxij. q. ij. primum immo implicat: ꝙ aliquod peccatum debeat fieri: eo ipſo enim quo peccatū eſt: debet nō fieri. Nec poteſt ad peccatum aliqua eſſe obligatio. xxij. q. j. ſi peccatū: alias eñ obligaretur ad contradictoria: ⁊ ſic ad impoſſibile: contra regulam iuris: nemo poteſt ad impoſſibile obligari. libro. vj. Hic tamen dico ꝙ meritorie poſſet eligere retardari a gloria: propter proximū: quomodo dicit Apoſtolus ad Philippeñ. primo: coartor e duob⁹ deſiderium ⁊c̄. Viuere autem in carne: neceſſarium propter vos: ⁊ hoc confidens ſcio: quia manebo ⁊ permanebo omnibus vobis ad profectū. Et ad Roma. ix. Optabam ego anathema eſſe a Chriſto pro fratrib⁹ ⁊c̄. Vbi Cryſoſt. dicit optabat per glorie priuationem: nō per culpe commiſſionē. Sic videtur Moyſes oraſſe Exodi. xxxij. Obſecro domine: peccauit populus iſte peccatum maximum: fecerūtqꝫ ſibi deos aureos: aut dimitte eis hāc noxā: aut ſi non facis: dele me de libro quem ſcripſiſti. Innuens ſe preoptare noxam fratrib⁹ dimitti: cum glorie pro-
B prie priuatione: ꝗ̄ ſine eis ad gloriā perduci. ¶ Ad ſecundam probationē dico: ꝙ exceptio illa ſatis habetur ex canone preallegato: ſi peccatum. xxij. q. j. ſi cum ad peccatum nulla poteſt eſſe obligatio: nūꝗ̄ peccandum eſt: etiā venialiter ad vitandum in alio mortale. ¶ Ad tertiam probationem dē Abraham dico: ꝙ Abrahā ibi nō eſt mentit⁹: ſed caute ꝑ equiuocationem veritatē celauit. Nā filia fratris in ſcriptura: etiā dicitur ſoror: vt patet Gene. xx. ſic enim Loth qui eodē gradu attinebat Abrahe: dict⁹ eſt frater Abrahe: Gene. xiij. Et ex hoc facto Abrahe ſumit Gloſa. doctrinā: ꝙ licet hoſtē caute per equiuocationē deluderet: dicēdo de eo q̄ querit̃ ad iniuſte occidendū: non eſt hic: ꝓ nō comedit hic. xxij. q. ij. queritur: ⁊ ibidē. c. nequis arbitretur. ¶ Ad illud aūt de deceptiōe dico: ibi prohiberi deceptionē malignitatis ⁊ nō pietatis que fit ad vtilitatē ꝓximi. Sic domini iuriſte diſtinguunt duplicē dolum: bonum ⁊ malum. xliij. diſt. in mādatis: ⁊. xxvij. diſt. qḋ interrogaſti: ⁊. xxij. q. ij. vtilem. Nec videtur mihi contrauenire illi mandato de non incipiendo: dicens latrones non eſſe vbi ſunt: cum preſcit interrogantem ſibi non crediturū: vt ſic periculum euadat: de quo Augu. in lib. de mendacio: ꝗ̄uis interrogantem vtiliter decipiat: in hoc ꝙ ſcit eum putaturū ꝙ per hoc nitatur ducere ipſum in laqueum latronū. Melius videtur exemplificandū ſi abducat eum a recto itinere eo ignorante: ne manus latronum incidat: vbi ſi ſciret: vellet per rectum iter incedere: nec crederet ibi eſſe latrones. ¶ De illo qḋ dixit ſeruulis ſuis. Geneſis. xxij. manete. ⁊c̄. videtur ꝙ quadā pietate modus: mentitus ſit: quemadmodum obſtetrices egyptie: ⁊ ſic ſeruit propoſito Gratiani. xxij. q. ij ſi quelibet culpa: vbi illa duo videt̃ in hoc equiparare. Nec in hoc imitandus: quia ſacra ſcriptura prohibet pro alterius vita mentiri: de vſur. ſup eo. ⁊ vt allegaui: nullus ducendus eſt ad eternā ſalutem opitulante mendacio. Mendacium enim eſt per ſe prauum ⁊ fugiendum: vt dicitur. iiij. Ethi. Nec videtur valere opinio abbatis Ioſeph collatiōe. xvij. ij. libri collationum patrum: ꝙ mendacio: tanꝗ̄ elleboro vtendum ſit: ad cuſtodiā virtutum: vel ſalutē proximi: quia non ſunt facienda mala: vt inde veni-
ant bona: ad Roma. iij. ¶ Ad ſecundum principale C
dico: ꝙ detinere alienum dn̄o volente: non eſt cōtra veritatem vite. In propoſito autem vbi quis ſolū ad horam ⁊ breue tempus detinet alienum: cum imminet ſcandalum ex reſtitutione: dominus eſt volens vel actu elicito vel debito ⁊ hoc ſufficit: vt dicit Scotus diſtin. xv. iiij. debet enim poti⁹ velle ad modicum temporis carere re ſua: ꝗ̄ ſibi cum ſcādalo aliorum importune reſtitui. Et ſic nihil facit cōtra veritatem vite. Nec regula iuris patitur in hoc caſu inſtantiā: que dicit: vtili⁹ ſcandalū. ⁊c̄. pluſꝗ̄ in iudice vel teſte. Loquitur enim de veritate vite: que in nullo caſu licite pretermittitur. Non tñ videtur verum: ꝙ mulier eſſet tuta perpetuo: nō faciendo rem reſtitui: propter periculū ſui corporis. Cū quia poterit ſibi ſufficienter de tutela corporis prouidere. Tum quia nō videtur: hoc ſcandalum homicidij: oriri ex infirmitate vel ignorantia: ſed ex malicia: ſi pro ſeruatione cōſcientie ſue ipſa rem alienā reſtituente: alius ex indignatione velit eam occidere: ⁊ tale ſcandalum eſt contemnendum: immo quod plus eſt vſurarius occult⁹: tenetur vſuras reſtituere: ⁊ ſi veriſimiliter ſciat filias ſuas penuria ⁊ paupertate deuictas: ſe proſtituras: ſicut ſi falſum teſtimonium dixit in innocentem occidēdum: tenetur hoc tractando ſententiam mortis ſubire: ꝗ̄uis veriſimiliter ꝑſciat multos de familia ſua: quib⁹ proprijs manib⁹ ſolitus eſt lucrari panem: ⁊ ſua exhortatione in bono detinere: auertendos a malo. Nec licet furari intentione donandi pauperibus: ne penuria deuicti vite veritatem relinquere cogātur arg. ca. non eſt putanda. j. q. j. ⁊. c. forte aliquis. xiiij. q. v. Nec tenetur domin⁹ velle rem ſuam pro perpetuo detineri: vt vitentur ſcādala iſtorū etiam vbi ex infirmitate: ⁊c̄. Tū quia neſcit an pl⁹ illaqueabit eos ꝓſperitas: ꝗ̄ aduerſitas. Tum quia poteſt rem velle ſeruare ad vſum magis pium: puta pro ſuſtentatione doctorum: qui multos cōuertunt ab iniquitate ad bonū: in quo mai⁹ lucrū conſiſtit: ꝗ̄ ſi iſti non ſcandalizētur. Tū quia poteſt ſibi ⁊ ſue poſteritati timere de lapſu ex penuria. Et hec eſt rō quare re⁹ furti tenetur: qui furti cōſcius: querēte poſſeſſore: non indicat. de furt. qui cū fure: ꝗ̄uis ex ſua indicatione ſciat furem plura peccata incurſurū. ¶ Pro
ſolutiōe tertij Premitto ꝙ ſimplices ſubtilitates F
diuini iuris ignorātes: ſi ſufficiēter inquirāt a ſuis ꝑlatis de agendo nō peccāt agēdo ꝯformiter opinioni falſe. Patet primo per illud Iob. j. boues arabāt ⁊ aſine paſcebātur iuxta eos ꝑ quod iuxta Gregoriū miſtice intelligitur: ꝙ ſimplices qui intelliḡūtur per aſinos: paſci debeāt in fide ⁊ cognitione ꝑlatorꝝ qui intelliḡūtur per boues. Secūdo per illud ſaluatoris Mat. xxiij. Super cathedrā Moyſi ſederunt ſcribe ⁊ Phariſei. Omnia ergo quecūqꝫ

Universidad de Deusto Biblioteca

dixerint vobis facite: ſm opera autem eorum nolite facere. Niſi iſtud dicatur: quomodo excuſabitur a peccato: qui prius cõtracto matrimonio per verba de preſenti: poſtea cũ alia contraxerunt: ⁊ matrimonio ſecundo: carnaliter conſummato iuxta iudiciũ ſedis apoſtolice adheſerunt ſecunde: ꝙ in hoc ſummus pontifex errorem pro iure dixerit: tenẽt cõmuniter omnes Theologi: qui etiam negãt eum in hoc poſſe diſpenſare. Et videtur patere prio ex. c. licet de ſpõ. duo. vbi papa conſultationi reſpondens: dicit primum matrimoniũ eſſe ſeruandũ: quãꝗ̃ a quibuſdã predeceſſoribus ſuis aliquãdo fuerit aliter iudicatum: iam cum papa reſpondet conſultationi: non nouum ius inducit: ſed reſpõdet: prout de iure. vt vult glo. in. c. cõſultationi de tempo. ordi. ergo dacitio predeceſſorum: non fuit ius ſed error. Unde dominus Antho. notat ibi vltimo: ꝙ iniuſta ſententia pape: maxime a ſucceſſoribus: non eſt pro iure ſuſcipienda. Et dominꝰ Franciſcus de zabarellis ibi quinto notat: ꝙ ſententia pape nõ ſemper facit ius. anteꝗ̃ tamẽ reprobaretur: ſtãndũ erat. Allegat de reg. iur. in cauſis. ⁊. c. fi. eo titu. recitat Gaſpari nũ tenere: ꝙ nec papa poſſet conſuetudinem talem approbare: qualis deſuper erat in Mutinẽſi eccleſia. Et quicquid de iſto ſit: hoc ſaltem certũ videtur: ꝙ matrimonium conſummatũ non diſſoluitur: ſi alter coniugũ labatur in hereſim: vt patet. j. ad Corinth. vij. ⁊ expoſitione omnium ſanctorum. Huius tamẽ cõtrariũ deciderat Celeſtinus tertius. ponens idẽ iuris inter fideles: quorum alter labitur ad infidelitatis errorẽ: ⁊ duos infideles: quorũ alter ad fidẽ conuertitur. Et hoc dictũ Celeſtini olim habuimꝰ in. c. laudabilem: de cõuer. in fi. vt vult glo. in c. quãto. de diuor. Et ibidem Hoſtienſ. commemorãs ſub vij. §. dicens in dicto. c. quãto. ſuper verbo licet: quidã predeceſſor. ſ. Celeſtinꝰ: qui dixit: ꝙ ſi vxor in fide relicta contraheret nõ redderetur primo reuertenti ad fidem ⁊ reconciliato: vt extra de cõuer. inſſ. laudabilem. §. idem ſiquidẽ. Pro iſto etiã facit qđ dicitur. c. quod propoſuiſti. xxxij. q. vij. de eo cuius vxor in infirmitate debitũ reddere non valet: qđ ibi dicit Gratianꝰ contrariũ euãgelio. dicitur eñ ibi: ſi non poterit continere: nubat: ſed opem ſubſidij nõ

G subtrahat. ⁊c̃. Hec dico non vt [more cain] pudẽda patris mei detegam quod in filio eiꝰ canaan gratiter punitum eſt: vt patet Geneſis. ix. ſed vt temeritatem eorũ reprehendã qui dicunt nullum per inuincibilem ignorantiam iuris diuini excuſari a peccato quia dicunt talem ignorantiam. ſ. inuincibilẽ non poſſe cadere in ius diuinũ: pro quo facere videtur illud. j. Joan. ij. c. Et nõ neceſſe habetis: vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio docet vos: ⁊ verũ eſt de omnibus vbi videtur ꝙ faciens diligentiã ſibi poſſibilem: nunꝗ̃ laborabit ignorãtia iuris diuini in agẽdis. Et illud Apo. j. ad Chorint. xiiij. ſi quis ignorauerit: ignorabitur: ꝙ hec nõ cõuincãt: poſtea deducam. Et contra eos preter prius allegata: eſt expreſſa ſententia glo. Matthei. xix. dicẽtis. Parum diſtat in vicio: fallere aut falli: ſcandalizare vel ſcãdalizari: ſi ex negligẽtia. Sed ex inuincibili ignorãtia diſtat: quia tunc falli peccatũ non imputatur: immo tali ignorantia videtur excuſari a ſuijpſius nece ⁊ interfectione Machabei: qui propter religionem ⁊ obſeruantiam ſabbati crediderunt: non licere manu auxilium ſibi ferre: vt nec lapidẽ mitterent in aduerſarios nec ora ſpeluncarum opilarẽt: vt patet. j. Machabe. ij. ⁊. ij. Machabe. vj. ꝙ nõ conuincãt auctoritates pro eis allegate: patet. Nã auctoritas Joãnis loquitur de ijs: que tenẽtur ſcire: vt ꝙ Jeſus ſit Chriſtus: id eſt Meſſias ⁊ vnctꝰ in lege promiſſus: de quo ibi prius loquitur. Jam nõ quilibet tenetur omnia iuris diuini precepta ſcire: vt certũ eſt: ſed in ijs que tenetur ſcire: ſi ſufficienter inquirat: ſemper a deo mediate aut immediate doctrinã recipiet. Nec obſtat etiã illud Apoſtoli: ſi q̃s ignorauerit: ⁊c̃. quia premittit ibi ſi quis inter vos videtur ꝓpheta eſſe aut ſpiritualis: cognoſcat hec: quia domini ſunt mandata. Si quis autem ignorauerit: ignorabitur: vbi glo. ſuper verbo cognoſcat: innuit difficilia eſſe verba epiſtolarum: cũ a prophetia vel ſpirituali iubet cognoſci: per quod videtur ſolũ loqui de ſpiritualibus ⁊ prophetis: quibus ſcilicet ex officio incubuit alios docere. Verũ eſt tamẽ ꝙ ignorantia iuris naturalis quo ad prima principalia legis nature: ⁊ alia q̃ quis pro officio vel ſtatu ſcire tenetur: vnicuiꝗ̃ eſt damnabilis. Et ſic credo limitandũ illud ignorantia iuris naturalis omnibꝰ adultis. ⁊c̃. j. q. iiij. tenebatur. §. notandũ Et iſtud ſentit Tho. j. ij. q. lxxvj. ar. ij. in corpore queſtionis. Et ibidem ar. iij. dicit: ꝙ ignorantia: que eſt oĩno inuoluntaria: ſiue quia eſt inuincibilis: ſiue quia eſt eiꝰ quod quis ſcire non tenetur: omnino excuſat a peccato.

¶ Ex ijs credo probabiliter dicendum: ꝙ ſincero H affectu ſalutẽ anime ſue querẽs: ſi cõſilio magiſtri: vel egregij illius doctoris Hugonis de ſctõ Victore: propter ſcandalum vitandum: nõ vere vxori debitum reddiderit: excuſatur a peccato: etiam ſi eorũ opinio ſit erronea. Ubi autẽ opinio magiſtri ⁊ Hugonis de ſancto Uictore per eccleſiam reprobata ſit (ſi reprobata eſt maioribꝰ meis diſcutiendũ relinquo) Mihi ſatis eſt: ſi dubitando inueſtigandi occaſionem dederim: vt ſub menſa dominorum: ſi deꝰ largiri dignetur: micas edere poſſim. Nec videtur ſufficiẽter reprobata: ex ſimili de gradibꝰ diuina lege prohibitis: quia ad hoc nunꝗ̃ propter ſcandalũ potuit obligari: hic vero potuit aliquãdo obligari propter ſcandalũ emergens: ad eam ducendũ: ⁊ debitũ reddendum. Et circa hoc fortaſſe ſimile dabitur: ſicut licet vere vxori propter ſcandalũ vitandum debitũ denegare: aut ſeipſum morti exponere: vbi neutrũ ſine ſcãdalo poſſet: ſed fieret cõtra veritatẽ vite: ita ſimiliter hoc caſu licite permiſcetur non ſue vxori ad vitandũ inobediẽtie ſcandalũ. ¶ Dico ſincero affectu: quia niſi fecerit quod in ſe eſt: nõ excuſabitur: ſed locũ habebit illud ſaluatoris. Si cecus ceco ducatũ preſtet. ⁊c̃. Mat. xv. ¶ Ad quartũ di- P co cũ glo. ibidem ꝙ tunc eruitur oculus: cum frangitur malꝰ vſus. proijcitur: cũ ex toto annihilatur nec intrare permittitur. Ad literã vero: nullũ membrũ ꝑſcindi: aut erui ꝓcipitur: ſic Job ſibi videtur eruiſſe oculum: cum diceret: pepigi fedus cum oculis meis: vt nec cogitarem quidem de virgine. Job xxxj. vbi Glo. pepigit fedꝰ cũ oculis: ne priꝰ incaute aſpiceret: quod poſtmodũ inuitus amaret. Huiꝰ omiſſionem lamentatur ꝓpheta Trenorũ. iij. Oculus meus depredatus eſt animã meam: in cunctis filiabꝰ vrbis mee Exponitur etiã paſſus ille a doctoribus miſtice: intelligẽdo per oculum: manũ: ⁊ pedem: omnia extrinſeca que nobis poſſunt eſſe occaſio cadendi. Ex quo ſumitur hec communis maxima: ꝙ nullus vere penitere poteſt: niſi abiecerit facto vel propoſito oẽm occaſionem: que veriſimiliter



cum pertrahat ad peccatum. de quo de peni. diſt. v. ca. falſas penitentias. ⁊. ca. negocium. ¶ Si forſan obiecerit aliquis. Salus anime preferẽda eſt ſaluti corporis: ſed licet alicui ſe mutilare realiter ꝓciden do membrum ob ſalutem corporis: ergo idem licet propter ſalutem anime conſeruandam. ¶ Dico cum Thoma ſecunda ſecunde. q. lxv. ar. primo. ſaluti ſpirituali poteſt aliter ſubueniri: cum peccatum ſubiaceat voluntati: nõ ſic de corporali. Et vt dicit Cryſoſtomus Matthei. xix. ſuper verbo ſunt eunuchi q̃ ſe caſtrauerunt: ꝙ concupiſcentia nõ fit ita ſciꝫ per realem preciſionem manſuetior: ſed moleſtior. Aliũde enim habet fomitis ſperma: quod in nobis eſt: ⁊ ꝓcipue a propoſito incontinenti: ⁊ mente negligenti. Nec ita abſciſio membri comprimit tentationes. vt cogitationis frenum. ¶ Ad quintum de vitatione excommunicatorum. hoc certum eſt ꝙ non tenemur iam aliquem excommunicatum vitare in ſacramentorũ adminiſtratione vel receptione: niſi ſentẽtia fuerit cõtra eum lata ſpecialiter ⁊ exꝓſſe. aut adeo notorie conſtiterit eum eandem ſententiam incidiſſe: ꝙ nulla tergiuerſatione celari poſſit: aut aliquo iuris ſuffragio excuſari. vt dicit quedam conſtitutio concilij Conſtantienſ. in Baſilienſ. confirmata verum non licet eis miniſtrare ſacramenta quando ꝓbari poteſt eos eſſe in peccato. argumento. c. ſi ſacerdos de officio iudicis ordinarij. Et an licite poſſint ſpecialiter cũ excommunicato participare oẽs de quibus loquitur. c. quoniam multos. xj. q. iij. vel lem audire a peritis. vbi dicitur. apoſtolica auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus. videlicet vxorem: filios: ſeruos: ancillas: ſeu mancipia nec non ruſticos ⁊ ſeruientes. additur necnon ⁊ omnes alios: qui non adeo curiales ſunt. vt eorũ cõſilio ſcelera ꝑpetrẽtur ꝙ autem loquitur de ſubtractione ab excommunicatione minori: videtur ex ca. inter alia. de ſen. excommuni ¶ Sed pro propoſito meo videre habeo: an pro ſcandalo vitando: liceat communicare excommunicato. cui alias ceſſãte ſcãdalo nõ licet communicare. Et dico ꝙ ſic: quia vt dicit beatus tho. xvij. diſtin. iiij. Precepta iuris poſitiui: nõ ſe extendunt vltra intentionem precipientis: q̃ eſt finis precepti: ⁊ hec eſt charitas ſm Apoſtolum. j. ad Thimo. j. Sed contra charitatem eſſet ſi pro inutili vitatione excommunicati: graue ſcãdalum proximorum quis generet. Unde vt dicit Au. conſilia ſeparationis inania ſunt ⁊ ꝑnitioſa: atꝗ̃ ſacrilega impia: ⁊ ſuperba: cum cõtagio peccãdi multitudinẽ inuaſerit ⁊ plus ꝑturbãt infirmos bonos

L ꝗ̃ corrigunt animoſos malos. xxiij. q. iiij. non põt. Quod aũt ſatis ſit precepta iuris poſitiui ſeruare ad intentionem ꝓcipientis ⁊ nõ ſm corticem litere: patet. xj. q. iij. qđ ꝓdeceſſor: vbi declaratur Bonifacius martyr nõ deliquiſſe coram deo: in eo ꝙ exigẽte eccleſiarum neceſſitate cõmunicauerat malis ſacerdotibꝰ nõ cõſentiendo eorũ iniquitati. de q̃bus iurauerat Gregorio: ꝙ eorum conſortia decliaret aut corrigeret: vbi glo. ſufficit ergo mẽtaliter aliquid adimpleri. ⁊ non corporaliter. xxiij. q. iiij. recedite. ⁊ pro illo faciunt notata doctorum. in. c. pleriꝗ̃ de immunitate eccleſiarum de agendis in foro cũ ſcientie. Nec obſtat. ca. ſacris: de his que vi metu ſue cau. fi. vbi dicitur. licet metus culpam attenuet: tamen eam non prorſus excludit. cum pro nullo metu debeat quis peccatum oꝑari mortale: excommunicationis labe credimus inquinari: ſcilicet cũ q̃ propter metum excommunicato communicat. Nam vt dicit Tho. diſt. xviij. iiij. ⁊ Ockam prima parte decalogi. q. xvj. ca. illud loquitur de participatione in diuinis: ⁊ multi alij exponũt textum de communione in crimine: quia fundat ſe ſuper cõmiſſione peccati mortalis. Aliter tamẽ ſoluo textũ: ꝙ loquitur: vbi directe per metũ agitur ad hoc vt quis cõmunicet excõmunicato: vt vult Panor. poſt multa aſſignãs hanc differentiam: quare per metum gladij nõ licet communicare excommunicato: ⁊ bene propter metum famis. xj. q. iij. quoniã multos: quia metu gladij agitur directe ad iniquitatẽ: non ſic in neceſſitate famis. Maleficia autem propoſito ac voluntate diſtinguuntur: de ſen. excommu. cũ voluntate: ergo vbi per metũ non agitur ad hoc vt communicem excommunicato: ſed tertius nititur me inuadere inermem: ſi ope excommunicati poſſim iniuriã repellere: ⁊ me a morte defendere: nõ pecco ſi hoc facio. Et ne dedignentur domini mei ꝙ ſic audeam textum iuris poſitiui limitare: ꝓbo hoc ex iure diuino de machabeis: qui vbi directe agebatur ad tranſgreſſionẽ legis per eſum carnis porcine: potius mortẽ elegerũt: ꝗ̃ patrias dei leges trãſgredi: vt patet. ij. Machabe. vij. vbi autem ſabbato ab inimicis expugnati ſunt: tanꝗ̃ inermes: quibus nõ liceret bellare ſabbato laudabiliter ſabbati obſeruationẽ omiſerunt: in propoſito autem per ſcandalum non agitur dire- M cte ad hoc: vt. ⁊c̃. ¶ Ad ſextum dico ꝙ ꝑlatus: nec licite docet populũ cũ ſuo peccato ſcãdaliſaret: nec licite omittit: propter neceſſitatẽ ſui officij: non tamen eſt ꝑplexus. quia vt dicit beatꝰ Tho. xix. diſti. iiij. poteſt: officium ſuum reſignãdo euadere peccati laqueum. ¶ Et ſi petatur: quale ſcandalum generaretur in populo: ex hoc ꝙ ꝑlatus epiſcopꝰ in peccato publico doceret populum: non enim poteſt dici: ꝙ hoc fit: quia populus tunc exiſtimat eum peccare mortaliter: quia hoc licite opinatur: cũ ſit manifeſtũ peccatum: ſi hoc ſit peccare: in peccato publico docere: ⁊ non videtur quomodo aliter ſcandalizatur. Dico quod ſcandalũ illud interdum eſt: quia ſubditi ex contrarietate vite ad doctrinam: ſepe mouentur ad credendũ falſa eſſe que docet: ⁊ ſic in peccata ruũt. Nã vt dicitur in principio decimi Ethi. ſermones de moribus quando diſcordãt ab his: que ſecundũ ſenſũ videntur: ſpreti atꝗ̃ reiecti habẽtur: ⁊ veritatem interimunt: cum ſermones minorẽ habeant fidem: ꝗ̃ opera: ſed ſermones conſẽtanei operibus: fidem habent: ⁊ prouocãt intelligentes viuere ſecundũ ipſos. Jdem videtur velle Gregoriꝰ cũ dicit cuiꝰ vita deſpicitur: cõſequens eſt: vt eiꝰ predicatio contemnatur. Etiam in exemplum vehemẽter culpa extenditur: quando pro reuerẽtia ordinis peccator honoratur. lxxxiij. diſt. nemo. Et capite lãgueſcente: facilius reliqua corporis mẽbra inficiũtur. vj. q. j. ſũt plurimi. Jd videtur pretẽdere Apoſtolus ad Roma. ij. qui in lege gloriaris: per preuaricationẽ legis deũ inhonoras: nomen enim dei blaſphematur per vos inter gẽtes: ſicut ſcriptũ eſt Et licet non ſemper tale vel ſimile ſcandalũ paſſiuũ ſequatur: actus tamen de ſe eſt ad tale ſcandalum inductiuus: ⁊ ſic ſemper eſt ſcandalũ actiuum: licet in- N terdum ſine paſſiuo. ¶ Pro ſolutione ſeptimi ꝑmitto ꝙ ſepe obligatione manente: eius effectus ſuſpẽditur: quomodo dicũt Juriſte actionẽ nõ tolli: ſed exceptione elidi. Patet illud in obligatione iuramenti in vaſalo ad dominum: que ſuſpenditur per

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



excommunicationē domini. vt vult glo. in. c. Julianus. xj. q. iij. pro illo eſt titu. xv. q. vj. nos ſāctorum. ⁊ c. iuratos. vnde domino abſoluto: ſtatim obligatur iterum cum effectu. Similiter vult Tho. ꝙ votū filij familias ante annos pubertatis. irritatiōe parentum ſuſpenditur vſqꝫ ad annos pubertatis. ⁊ tūc tenet votū implere. Idē tenet de Palude poſt cum diſtinct. xxxviij. iij. ⁊ Innocen. in. c. ſcripture. de voto ⁊ vo. redemp. hoc tamen non videtur verum propterea que dicuntur in. c. placet. ⁊ c. quidam intrauit. de conuer. coniug. vbi poſt irritationem voti ſolēnis eius qui ſine conſenſu coniugis monaſteriū ingreſſus eſt declaratur cōiuge mortuo nō debere ingredi monaſterium ratione voti. Et propter hoc tenet Panor. contrarium in dicto. c. quidā intrauit ⁊ c. ſcripture. Concedo tamen ꝙ etiam ante annos pubertatis ſi ſit doli capax: quo ad deum obligatur ex voto: vt patet Numeri. xxx. vbi dicitur de exiſtēte in etate puellari ſi aliquid vouerit niſi pater irritauerit: voti rea erit. ſi aūt ſtatim vt audierit pater cōtradixerit: vota ⁊ iuramenta eius irrita erūt: nec obnoxia tenebitur ſpōſiōi: eo ꝙ cōtradixerit pater. Quidam tamen ſenſerunt oppoſitum. ar. c. poſtulaſti. de re. ⁊ tran. ad religi. Nam vt ibi patet ex glo. olim habebatur in illa decretali ꝙ ingreſſus tenuit ſi malitia ſupplebat etatē. Et licet ſubtractio illiꝰ clauſule: hodie aliquid operetur: quo ad forum iudiciale. ita ꝙ non debeant iudicialiter cogi ad voti obſeruantiam: nihil tamen videtur operari quo ad obligationem in foro conſcientie: nec ex textu omiſſa illa clauſula. plus habetur. Item qui de conſenſu vxoris religioem profitetur ea remanente in ſeculo nec perpetuam cōtinētiam vouente: debet per epiſcopum reuocari ad thorū vxoris: vt dicit. c. j. de cōuer. coniug. ⁊ ſic tenetur debitum reddere: verꝰ monachus exiſtens. Nam ſi ea mortua iterū contrahat nō tenet matrimonium: vt dicitur eo. tit. c. ex parte primo: Et idem expreſſe dicit Tho. diſti. xxvij. iiij. Et idem videtur de ſeruo retracto per dominū de monaſterio. ſic in propoſito dico: ꝙ in caſibꝰ vbi aliquid eſt faciendum contra verba voti: obligatio voti ſuſpēdit. ⁊ ſic non fit aliquid cōtra veritatem vite: nec cōtra votum niſi verbaliter. Et ſic credo procedere: quod in ar. tactum eſt. de neceſſitate parentum: quā opinionem fouet Henricus de Gandauo. quodlibe. xij. Immo ꝑ ingreſſum religionis nō plꝰ videtur liberatus a precepto ſubueniendi neceſſitati parentum: ꝙ̄ a precepto leuandi extra puteū miſerum aliquem: ad quē niſi prelato inuito cucurrerit extra diſtrictū monaſteriū. ſuffocabitur in aqua: nec per votum liberatus eſt: a precepto dando elemoſynam: extremam neceſſitatem patienti: etiam ſine licentia prelati. vt tenet Tho. diſtin. xv. quarti in ar. in quo oſtendit an liceat monacho elemoſynam facere. quod etiam dicit glo. xij. q. j. nō dicatis ¶ Non
D admitto ꝙ tamen propter ſcandalū obligatio voti ſuſpendatur: quia ad vitandum ſcandala proximi: ſolū tenetur lege charitatis ad proximos. Et ergo vbi ediuerſo emergunt diuerſa ſcandala. prouidendum eſt pluribus ⁊ grauioribus: ſed ex nō obſeruatione voti: veriſimiliter emerſura ſunt in poſterū plura ſcandala: ꝙ̄ poſſunt in preſenti ex eius obſeruatione emergere: ideo nō tenemur talia ſcādala vitare. vnde in ſcandalis non eſt ſolum habenda ratio p̄ſentis temporis: ſed etiā futuri. Et ratio huius: quid plus per ſe inducit ſcandala ⁊ alia plura: q̄ magis docet prudentia quā ars. Dicat itaqꝫ talis cū Apoſtolo Chriſti bonus odor ſumus: ⁊c. ij. ad Chori. ij Credo tamen ſcandala que de preſenti emergerent eſſe iuſtam cauſam diſpenſationis in voto. ſed tunc non occurrunt ſcandala ex aduerſo ⁊ contraria parte. Et ꝑ hoc poſſet ſaluari glo. xvj. q. prima de monachis. que dicit monachus aſſumptus ad clericatū poteſt veſci carnibus: ne ſit alijs ſcandalo. Cum ergo aſſumitur in ar. per votum non eſt deobligatꝰ a precepto vitandi ſcādalum in omiſſione huius actꝰ dico ꝙ verum eſt de directo: ſed nō de indirecto: qꝛ propter votū magis per ſe eſſent ex omiſſione actus emerſura alia ſcandala. iā ad hoc nunc non tenetur: vbi alias ſine voto ad hoc teneretur. ¶ Ad octauū B
de facto Loth videtur dicere Aug. in libro queſtionum Geneſ. ꝙ aſcribendum ſit eius perturbationi: quia compenſatio in vitijs periculoſiſſime admittitur. ⁊ ſic non eſt aſſumendum in exemplū noſtre actionis xiiij. diſtin. qđ ait: in libro autem contra mēdacium dicit Loth ſic voluiſſe proſtituere filias: tāꝙ̄ ſi improbis dominus ſeruos ſuos cedēdos offerret ne hoſpites eiꝰ paterent̄ cedis iniuria: ſed in neutri paſſuum aſſertiue loquitur. Et videtur ꝓbabiliter dici poſſe: ꝙ in hoc contra veritatem vite nō egerit ſed ſolum conditionaliter ſuaſit minus malum. ſi a peccato nollēt deſiſtere. qđ licitum videtur. dicit eñ Augu. ſi facturus eſt qđ non licet: iam faciat adulteriū: non faciat homicidium. xxxiij. q. ij. ſi quod verius. immo videtur ex charitate procedere ſi volēti rapinam facere ſuadeam vt potius a diuite ꝙ̄ paupere ⁊ parum habente rapiat. Nec videtur voluiſſe proſtituiſſe filias contra mandatū domini allegatū cum proſtituere ſit inducere: vt volens fornicetur. Loth vero ſolum voluit. vt ſodomite potius ꝑ vim corrumperent ſuas filias: ꝙ̄ maius nefas tollerarent in hoſpites: ſciens eas non perdituras pudiciciam: ſi in apprehenſa vel oppreſſa ſua carne expleatur libido nō ſua. xxxij. q. v. ita ne. Nec poteſt corpꝰ corrūpi. niſi prius corruptus fuerit animus e. cau. C
⁊ q. non poteſt. ¶ Ad nonum. Quo ad materiā huius ſentit beatus Tho: xxxviij: diſt. iiij. ꝙ nō licet homini vt verbis eius vtar ſe dimittere mori fame: anteꝙ̄ idolothitum comedat: quia ſic ſibi ipſi manus iniiceret. ⁊ ſic malo pene: iungeretur malum culpe. Idem ſentit dominus Altiſ. q. xvj. quarti. addēs ꝙ tamen debet facere quantum in ſe eſt ne ſcandalizet proteſtando in publico ꝙ niſi comedat morietur fame: ⁊ tunc non ſcandaliſat. licet forte alij ſcandalizentur: Cōtrarie opinionis fuit Cancellarius Pariensi. in tractatulo de abſtinētia Carthuſieñ. a carnibus. dicens ꝙ liceat eis in neceſſitate etiam extrema: non veſci carnibus ad vitandum ſcandalum. ne ab alijs trahatur in exemplū: ⁊ rigor ordinis ex toto diſſoluatur ⁊ depereat. Unde dicit: eſtimo plane neminem ſane intelligētium dubitaturū: quin hoc poſſit. ⁊ plures ſpero dicturos fore: ꝙ ad hoc ꝑ ſcādali vitatione obligetur. ſi quidē plus eſt anima proximiqꝫ corpꝰ ꝓpriū aut eſca. Allegat pro ſe. ſi eſca ſcādalizat fratrem meum. ⁊c. j. ad Corinth. viij: Ex quo ibidem concludit ꝙ qui nullo veſci permittit̄: niſi idolothito. ſi ex hoc veriſimile ſeu probabile ſcādalum immineat fratribus debet ab eſca abſtinere. hic fortaſſe facile reſpōdebit̄. ſumptio cibi eſt de veritate vite. Et ideo non eſt propter quodcūqꝫ ſcandalum pretermittēda. Adduco igitur rationē aliā quā (⁊ ſi niſus ſum) ſoluere nō potui. ij. Macha. vj.



de Eleazaro qui vt ibi dicitur vnus erat de primoribus. i. excellentioribus ſcribarū: vir etate ꝓuectꝰ ⁊ vultu decorꝰ. qui dum compelleretur carnē porcinam comedere glorioſam mortem magis ꝙ̄ odibilem vitam complectens voluntarie preibat ad ſuppliciū: animo deſtinās nō admittere illicita propter vite amorem. Aſtātes iniqua cōmiſeratione cōmoti: propter antiquam viri amicitiam: ſecreto fecerūt afferri carnes quibus veſci ei licebat. vt ſimularet̄ māducaſſe. vt rex imperauerat de ſacrificij carnibꝰ ⁊ hoc ficto a morte liberaret̄. ille ſm̄ ſancte ⁊ a deo condite legis conſtituta reſpondit: premitti ſe velle in infernum: non eñ etatem noſtram inquit dignū eſt fingere: vt multi adoleſcentes arbitrātes Eleazarū. xc. annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum ⁊ ipſi propter meam ſimulationem: ⁊ propter modicum corporalis vite tempus decipiantur. ⁊ ꝓpter hoc maculam atqꝫ execrationem mee ſenectuti conquiram. nam ⁊ ſi in preſenti tempore: ſupplicijs hominum eripiar: ſed manum omnipotentis neqꝫ viuꝰ neqꝫ defunctus effugiam. Cūqꝫ plagis opprimeretur: ingemuit: ⁊ dixit: domine qui habes ſanctā ſciētiam: tu ſcis quia cū poſſem a morte liberari duros corporis ſuſtineo dolores: ſm̄ animā vero: propter timorem tuum: libenter hec patior. ⁊ hoc modo vita decedens: vniuerſe genti memoriam mortis ſue ad exemplum virtutis ⁊ fortitudinis reliquit. Si iſte vt textus ibi dicit ſm̄ diuine legis conſtituta rñdit ⁊ propter timorem dei cuius manus nec viuus nec defunctus effugere poſſet: hec pati debuit: certū mihi videtur: ꝙ cū ſcandalo proximorum non liceat ꝓpriam vitā ſaluare idolothitum comedendo. nam ſine ſcandalo: fuiſſet ei licitum vti illa ſimulatiōe in tutelā ſui corporis. exēplo dauid qui corā Achis rege: ſimulabat ſe furere. vt ſic manus eius euaderet. j. regū. xxj. ⁊ exēplo Jeſu: de quo. xxij. q. ij. vtilem ſimulationem. Iſtud probo ratione ſic. quicūqꝫ prefert ſalutē ſui corporis ſaluti ſpirituali ꝓximi inuertit ordinem diligēdi: cum teneatur plus aīam proximi: ꝙ̄ propriū corpus diligere. Hinc. j. Jo. iij dicitur. in hoc cognouimus charitatem dei: qꝛ ille pro nobis animam ſuam poſuit. ⁊ nos debemus pro fratribꝰ aīmas noſtras ponere. ergo. Propter hec dico: ꝙ vbi non poſſet veſci idolothito: ſine veriſimili ſcandalo proximi: debet potius mori: ꝙ̄ cum ſcandalo vitam ſibi ſeruare. Quod autē hoc liceat: probo ex ſimili. qꝛ exiſtens in acie belli: ⁊ ſi poſſit ſibi vitā ſaluare fugiendo: licite tamen preelegit proprijs periculis vniuerſorum tranquillitatem ſeruare. ergo ſimiliter. ⁊c̄. Et ſi liceat: tenetur iuxta primam partē correlarij. Iſtud ſub ambiguo tetigit Tho. ſecunda ſecunde: q. lxix. art. iiij. vbi dicit: iniuſte condēnatus licite poteſt per violentiam malis principibus reſiſtere: niſi forte propter ſcandalum vitandū. cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur. Cū igitur infertur: in ratione ꝙ ergo aliquid faciendū eſt contra veritatem vite. ⁊c̄. nego conſequentiam. ⁊ ratio eſt: quia hoc caſu ꝓpter ſcandalum emergens tollitur effectus obligationis precepti neceſſitatē
S corporalem reficientis. Pro quo noto hanc regulā quā effectualiter a quodam preceptore quondā accepi. Quādocūqꝫ duo p̄cepta contraria circa idē factum concurrunt. illud ſequendum eſt: qđ plꝰ ligat. tunc enim obligatio alterius ſuſpenditur: quo ad illud factum: propter equitatem maiorem alterius. Patet hoc de precepto reddendi depoſitum ⁊ precepto preſeruandi alium a morte cum poſſumus que concurrunt: dum quis repoſcit gladium depoſitum ad interficiēdū ſeipſum vel alium ⁊ qđ eſt minoris equitatis: puta reddendi depoſitum: cedit alteri. xxij. q. ij. ne quis arbitretur. Item ſit ſeruus q̄ contra voluntatem domini cōtraxit: a quo dominꝰ petat ſibi impendi ſeruitium: ⁊ ſimul vxor petit ſibi reddi debitum: ſi ſit periculum fornicationis: debet prius vxori debitum reddere. vt dicit Glo: in. c. j. de coniug. ſer. ⁊ ibidem doc. Idē videtur ſentire Tho. diſti. xxxvj. iiij. dicēs ꝙ regulariter talis ſeruus debet potius obedire domino: ſed tamen in his multa particularia conſiderari debēt: ſicut in omnibus humanis actibus: ſcilicet periculum caſtitatis imminēs vxori: ⁊ impedimentum qđ ex redditione debiti ſeruitio imperato generaretur alijs huiuſmodi. quibꝰ omnibus rite penſatis: iudicare poterit: cui potius obedire teneatur. domino an vxori. Et iterum ſi domino in tali caſu immineret periculum mortis. ſine redditione debiti: ſeruus domino ſubueniat: tenetur domino. ⁊c̄. Idem videtur ſentire concilium toletanum: dicens ſi periculi neceſſitas vnum ex malis perpetrare compulerit illud debemus reſoluere quod minori nexu noſcitur obligare. Quid autē leuius quid ue grauius ſit: pure rationis acumine inueſtigemus. xiij. diſtin. duo mala. Nec videtur valere expoſitio glo. ꝙ procedit quo ad ſtultā opinionē quia ſic potius dixiſſet: neutrum faciendum: ⁊ errorem eſſe deponendum: Nec eſſet recurſus habēdus ad acumen rationis: vt diſcerneretur q̄d leuiꝰ quid ve grauiꝰ: ſed videtur loqui: vbi duo p̄cepta vocaliter contraria: circa idem factum concurrūt: Iſtud declaro in exemplo. Sit aliquis qui poſt conſecrationē in miſſa: recolit ſe ſimoniacum. Iſte cōteritur trepidat an debeat corpus domini ſumere: vt vitet ſcandalum aſtantium: an non ſumere ꝓpter ſuſpenſionem ⁊ preceptum eccleſie. Iſte vt dicit Altiſ. in iiij. q. xvj. non peccat ſumens tunc cum contritione corpus domini. vbi ſine concurſu talium cōtrariorū preceptorum dānabiliter ſumeret. Nec oportet admittere ꝙ talis demerito peccati precedentis ſit factus perplexus. ita ꝙ quicquid fecerit peccat. Tū quia ſic obligaretur in caſu ad impoſſibile: tum qꝛ Geneſis. iiij. de Cain exiſtēte in mortali peccato dicitur. nonne ſi bene egeris recipies ſin autē male ſtatim peccatum tuū in foribus aderit: ſed ſub te erit appetitus eius: ⁊ tu dominaberis illius. ſ. peccati. Preterea nullus agendo quod recta ratio dictat ſibi agendum: pro tunc peccat: ergo ⁊c̄. Et hec ſūt venerande domine quodlibetarie: que pro ingenij mei tenuitate de queſtione ꝓpoſita intelligere valui: offerens ea veſtre reuerentie humillime impugnanda.

¶ Arguitur contra concluſionem. Si teneremur ex debito ꝓximū p̄ſeruare a morte corporali: ſequeretur ꝙ teneretur homo querere cum quē poſſet a morte preſeruare: quod falſum videtur: ⁊ inconueniēs cum ſic monachi deberēt de ſuis clauſtris egredi ad preſeruandum. ⁊c̄. Sequela probatur: quia ſi q̄s debet alteri debitum aliquod corporale: puta pecuniā vel huiuſmodi: debet eum querere cui debet: vt debitum ſoluat. ¶ Et confirmo: quia oīa precepta diuina ad que obligamur reducuntur ad aliquod preceptum decalogi. ſed nullo precepto decalogi precipitur ⁊c̄. ergo. ¶ Contra ſecundam partem correlarij ſic. Augu. in lib 2o contra epiſtolam Permeniani: docet vbi ſciſmatis periculū timetur: a punitiōe

Universidad de Deusto Biblioteca

peccatorum eſſe ceſſandum : ſed ipſa punitio pecca-
torum eſt de veritate vite:ergo aliquid omittendum
eſt contra veritatem vite ad vitandum ſcandalum.
C ¶ Ad primum dico ꝙ aliquid debetur certe ⁊ deter
minate ꝑſone ſiue ſit bonum corporale ſiue ſpiritua
le:⁊ ad illud ſoluẽdum oportet debitã ſollicitudinẽ
adhibere:vt inquiramus eũ cui debetur:⁊ nõ eſt ſpe
crandũ donec occurrat. Alia ſunt beneficia que vni
cuiqꝫ indifferẽter debẽtur ⁊ nõ certe ⁊ determinate
ꝑſone:⁊ quo ad illa ſufficit ꝙ impẽdamꝰ his que no-
bis occurrũt:et occurſus eorũ quaſi ꝓ quadã ſorte
habẽd eſt.vt dicit Augu.i. de doctrina chriſtiana.
A ¶ Ad cõfirmationẽ dico:ꝙ oĩa p̄cepta que ꝑtinent
ad impẽdẽdũ ꝓximo aliquod bñficiũ:reducũtur ad
mãdatũ decalogi de honore parentũ:vt concorditer
dicunt doctores oẽs. ¶ Ad ſecũdum rñdeo ꝙ puni-
tio malorũ eſt de veritate vite:vt eſt actus virtutis
et medicina q̄dã ad cohibendũ peccata: ⁊ ergo intã-
tum habet rationẽ boni ⁊ iuſtitie:ĩquãtũ ꝑ eã pecca
ta cohibẽtur . vnde plectẽdo ⁊ ignoſcẽdo hoc ſolum
bñ agiť:vt vita hominũ corrigať.xxiij.q.prodeſt. Si
autẽ manifeſtum ſit ꝑ inflictionem penarũ plura et
maiora peccata ſequi.punitio vel penarum inflictio
non cõtinebitur ſub iuſtitia:nec erit actus virtutis:
ad quẽ obligamur. Vñ dicit Augu. Cum contagio
peccãdi multitudinẽ inuaſerit: ꝯſilia ſeparatiõis.i.
excõicatiõis inania ſunt: ⁊ ꝑnicioſa : atqꝫ ſacrilega:
et plus ꝑturbant infirmos bonos: q̄ꝫ corrigunt ani-
moſos malos.xxiij.q.iiij.nõ poteſt. ¶ Contra.prece
pti negatiui eſt punire maleficos: iuxta illud Exo.
xxij. Nõ patieris maleficos viuere:ſed p̄cepta nega
tiua ligãt ſemꝑ ⁊ ad ſẽꝑ:ergo ꝓ ſẽꝑ obligamur.⁊c̃.
¶ Reſpondeo. licet hoc preceptum Exodi ſit voca-
liter negatiuum : virtualiter tamen affirmatiuum.
ſicut et iſtud. Non permittes proximum fame inte-
rire:quod ſolum ligat aliquando : et non ad ſemper.
¶ Prima queſtio ſine argumẽtis. Propter quid di
cit Apoſtolus. Oĩa mihi licent:ſed non omnia expe
diũt:cũ nihil licere videať:quin bonũ ſit ⁊ expediẽs.
A ¶ Pro huius ſolutione vidẽdũ eſt:an aliq̄d ſit iuſtũ
equũ:ac licitũ:qđ non ſit vtile ad ſalutẽ:vt prima fa
cie p̄tẽdere videtur verba Apoſtoli. Et idẽ inſinua
ri videť in.c.magne deuotionis de vo.et vo.redemp.
vbi colligiť.in omnia agẽdo:tria eſſe attẽdẽda.quid
liceat ſm equitatem. ⁊ quid deceat ſm honeſtatem.
bono: contra Philoſophum. vj. Ethicorum. Prin
cipiū diſcurſus rerum agendarū eſt: ꝙ tale quid ſit
extremū ⁊ optimū: hoc autem niſi viro bono: non
apparet: qr prauitas obliquat ⁊ falſo errore labefa
cit circa practica principia: ex quo infert: ꝙ impoſſi
bile ſit prudentē eſſe quēpiã niſi ſit bonus. Quar
ta ratio eſt. Intellectus nō poteſt dictare malū eſſe
agendū: ergo nec volūtas ſcienter malū velle ⁊ fa
cere: conſequentia tenet ex prius aſſumpto: qr nihil
deliberate fit: ſine intellectu practico preuio. Et an
tecedens pbatur: qr ſic poſſet intellectus diſſētire
primo principio agendorū intellectis terminis: qꝺ
eſt contra Philoſophum. j. Poſteriorū. Etiã ma
lum in eo qꝺ malū: intelligitur debere non fieri: qꝺ
quiſqꝫ vel mediocris intellectus aduertit vtiqꝫ con
tradictionē includere. Pro horum ſolutione dicūt
quidam ⁊ ſi voluntas poſſit agere contra iudiciū ra
tionis in vniuerſali ⁊ patriculari: nō tamen contra
preceptū: qꝺ quidē precipere eſt ordinare quoddã

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



ad opus:non per nudā intimationem: que exprimi-
tur verbo indicatiui modi:puta hoc eſt ſibi facien-
dū:ſed vna cū intimatiōe mouēdo ad opꝰ:quod fie-
ri non poteſt:niſi in virtute primi mouētis inter vi-
res aīe qđ eſt volūtas:qualis intimatio (vt dicūt) ex
primitur verbo imperatiui modi:ita ꝙ imperare ſit
actꝰ ratiōis preſuppoſito actu volūtatis: vt tradit
Tho.j.ij.q.xvij.ar.j. Et videtur fulciri hec ſolutio
verbo Philoſophi.vj. Ethico.dicētis. Proprium
actū prudētie eſſe ꝑcipere:ebulie aūt eſt recte cōſu
lere:⁊ ſineſis.i.ſagacitatis recte iudicare:a qua dif-
fert gnomi.qꝛ innititur equitati:ſeu epyeykeye. ſi-
neſis vero legibꝰ ꝯmunibꝰ Sed hec quātūcūqꝫ mag
na clauis huius materie ⁊ difficultatum dicatur a
Capreolo:parū ⁊ pauca admodū videtur aperire.
Tum quia frequenter humane agimꝰ aliquid hoc
eſt deliberate:vtēdo ſolū in mente verbis indicatiui
modi:immo ⁊ Philoſophus talibus ſolum vtitur
cū dicit intellectū neceſſario aſſentire concluſo: ⁊
in actiuis neceſſarium confeſtim operari cum:q̄ po-
teſt ⁊ nō ꝓhibetur.vij. Ethicoꝝ. Similiter in libro
de motu animalium. Solutio vero data admittit vo
luntatē contra talē diſcurſum practicum poſſe ope
rari. Preterea ſic nulla erit ratio:quare apud incō-
tinentem nō poſſit ſaluari vtraqꝫ ꝑmiſſa diſcurſus
practici:contra ſolutionē ⁊ mentē Philoſophi ad
motiuum Socratis. Iterū nō ſaluat etiā ꝙ prin-
cipium diſcurſus practici non poſſit apparere homi
ni malo:vel ei qui ob voluptatem vel dolorem cor-
ruptus eſt:cōtra Philoſophum.vj.⁊.vij. Ethicoꝝ
¶ Ideo pro rationū vera ſolutione premitto ꝙ hu-
iuſmodi verba volendū:eligendū: operandū: proſe-
quendū.⁊c̄.tripliciter capiūtur vt ſufficit propoſi-
to. Primo vt dicūt nudam futuritionē actus quē
ſignāt: quomodo dicimus blaſphemiā predicandā
ab Antichriſto: ⁊ aliquem indignum eligendū eſſe
in epiſcopum. Secūdo modo vt dicunt debitū neceſ
ſitatis: vel congruentie ad eſſe virtutis ſeu actus
ſtudioſi.quomodo dicimꝰ ieiunandū eſſe quibuſdā.
voto ad hoc aſtrictis .i. debitū eſſe vt ieiunent:ꝗꝗ
ſciamus neminem eorum ieiunaturū. Tertio vt di-
cunt abſolute aliquid debere vel oportere fieri pro
hoīe ſic affecto:vt ſi q̄s efficaciter velit aliū a mor-
te liberare:aduertēs hoc fieri nō poſſe ſine mēdacio
iudicet mentiendū eſſe:ꝗꝗ ſciat omne mēdaciū pec
catum eſſe ⁊ illicitum. Et hoc tertio modo ſumun-
tur in diſcurſu practico. Quod ſic patet:qꝛ niſi ſic
malitia nō corrūperet practica principia:cū illi ma
ximū gradū malitie teneāt:qui ſciēter bono virtu-
tis ꝑferunt preſentē voluptatē vel tēporalē vtilita
tem. Etiā niſi ſic bonū intellectꝰ practici abſolute
eſſet veritas:⁊ malum eius falſitas:cuiꝰ oppoſitū
tradit Philoſophus.vj. Ethico. Speculatiue mē-
tis (inquit) laus ⁊ vituperatio in vero ⁊ falſo conſi
ſtit. Actui vero ⁊ intellectui veritas ꝯſentanea ap-
petitui recto:cui concordat illud. vij. Ethicorū.
Virtus principium cōſeruat:vicium corrumpit:in
rebus autem agendis principiū eſt cuius gratia:vt
in mathematicis ſuppoſitiones: neqꝫ illic ratio eſt
edoctiua principiorum neqꝫ hic:ſed virtꝰ aut ex na
tura aut ex conſuetudine:recte ſentire faciēs circa
principium. Et illud.vj. Ethico. Ei qui corruptꝰ
eſt ob voluptatē vel dolorē repēte nō apparet prin
cipium:neqꝫ oportere gratia huiꝰ neqꝫ propter hoc
ſuſcepiſſe omnia ⁊ egiſſe:natura enim vicium prin-
cipij corruptiuū eſt. Et illud. iij. Ethico. Qualis

quiſqꝫ eſt talis ⁊ finis videtur ei ſtudioſo viro verū
bonū:prauo aūt contingit vt egrotis quoad ſentire
amara vel dulcia. ¶ Ex quibus omnibus manifeſte E
patet ꝙ practicum principiū ſemper conforme eſt
appetitui. ¶ Et ſi dicatur:aſſēſus primorum prin
cipiorum practicoꝝ naturaliter cauſatur a notitia
terminorum:ergo non oportet appetitū conformē
eſſe vt ſaluetur principiū practicū. Reſpondeo:no-
titia terminorum non cauſat aſſenſum principij pra
ctici:niſi in patiēte diſpoſito:nō eſt aūt homo diſpo
ſitus ad aſſenſum practici principij : niſi eiꝰ natura
facta fuerit cognata ꝑ affectionē appetitus: quod
aperte voluit Philoſophus.vij. Ethicorū. Cū di-
cit ratio non eſt edoctiua principiorum : ſed virtus
aut ex natura aut ex conſuetudine recte ſentire fa-
ciens circa principium vbi ſub conſuetudine cōpre
hendit quecunqꝫ actualē affectionē ſeu appetitum
finis inducunt. ¶ Hoc ꝓmiſſo reſpondeo ad argu-
menta. Ad primū triplex eſt bonū.ſ.honeſtū:vtile ⁊
delectabile. Volūtas aūt licet ſemꝑ ferat̄ in aliqđ
tale bonum verum vel apparens poteſt tamen vtiqꝫ
ferri ſcienter in aliquod inhoneſtum: dū feratur in
ipſum ſub ratiōe vtilis:vel delectabilis:vere vel ap
parenter:⁊ ſic nō aſpiciēs pure ad malū operat̄:qꝛ
fertur in ipſum ſub ſpecie ⁊ ratione boni. ¶ Ad ſe-
cundum reſpondet beatus Tho.j.ij.q.lxxviij.ar.j. F
in ſolu.ad primū:ꝙ ignorantia q̄nqꝫ excludit ſcien-
tiam: qua homo ſcit hoc nunc eſſe malū:ſicut cū ex
paſſiōe peccatur quādoqꝫ excludit ſcientiā:qua ali
quis ſcit hoc malum nō ſuſtinendū eſſe ꝓpter cōſe-
cutionem illius boni:ſcit tamē ſimpliciter hoc eſſe
malum:⁊ ſic dicitur ignorare:qui ex malitia peccat
Sed nō videt̄ hec ſolutio ſatiſfacere:quia ſicut ſcit
hoc malum eſſe: ita ſcire poteſt hoc debere non fieri
⁊ nō ſuſtineri ꝓpter conſecutionem illius boni qđ
ꝓſequit̄. Ideo aliter reſpondet̄ ꝙ licet omnis malꝰ
ignorat ⁊ errat circa practica principia quia ſcilicꝫ
habet corruptum ⁊ falſum principium practicum:
nō tamen oportet ꝙ erret circa honeſtatem vel inho
neſtatem bonitatem vel malitiā actus: quia poteſt
ſcienter bonum vtile aut delectabile verum vel ap-
parēs honeſtati preferre. Et loquor de malo ſm in-
tentionem Philoſophi vt dicit malitiam diſtinctā
contra incōtinētiam ⁊ molliciem. Auctoritas vero
Prouer.potius loquitur de errore morum ꝗ̄ intel
ligētie.quomodo dicimꝰ errare incedētem ꝑ deuiū
ꝗꝗ per itellectū nihil falſi iudicet: ⁊ dicitur error
affectus vt ille error pedum. ¶ Ad tertium reſpon
deo:ad primā ꝓbationē falſitatis dico ꝙ Philoſo G
phus intelligit maiorem ſui diſcurſus: vt eſt practi
ca guſtandum .ſ. accepto tertio modo prius dicto.
cū hoc tamē ſtat volūtatem cōtra rationem rectam
in vniuerſali ⁊ particulari circa honeſtatem ſeu bo-
nitatem ſeu circa hoc an licet vel non licet actus op
poſitum velle aut nō cōformiter velle. Nec ſufficit
dicere poſt Buridanum.iij. Ethico.ꝙ ſolū oportet
operari quantum eſt ex parte intellectus: vel poſt
Adam.x.diſt.j.ſenten:ꝙ veritatem habet cū volun-
tas ꝯformiter maiori ⁊ miori vult ⁊ alias nō. Quia
(vt prius oſtēſum eſt) nō poteſt illa maior practica
ſtare in intellectu ſine cōformitate affectus. Ad ſe-
cūdam ꝓbationem falſitatis dico : ꝙ iudicia illa nō
ſunt ꝯtraria quia faciendum equiuoce ſumitur in ne
gatiua ⁊ affirmatiua:in negatiua ſecundo mō ꝓut
ſcilicet dicit debitū virtutis. Et in affirmatiua ter-
tio modo:prout ſcilicet dicit abſolute aliquid debe-



re vel oportere fieri:quomodo ſumi debet in praxi.
Et per idē reſpondeo ad tertiam improbationem:
ꝙ diſcurſus practicus prudentialis:non poteſt ſal-
uari in hoīe nō bono:vt ibi dicit Philoſophꝰ. Sed
certe diſcurſus quo iudicatur:omne malum debere
non fieri:ſeu non licere bene ſaluatur in homine ma
lo:immo eo deterior eſt quo melius nouit nō licere
que vult proſequi. ¶ Ad quartum dico:ꝙ nō eſt in-
H cōueniens intellectum diſſentire alicui primo prin
cipio practico propter inordinatam affectionem vo
luntatis: immo ipſa diſpoſitio ⁊ affectio volūtatis
facit aſſentire contrario : quemadmodum indiſpoſi
tio lingue fallit iudiciū ſenſus cōmunis de ſapore.
Philoſophꝰ aūt.j. Poſterioꝝ loquit̄ de principijs
ſpeculatiuis ⁊ conſimilibꝰ circa que natura ipſa re-
cte ſentire facit intellectis terminis. Secūda ꝓba
tio ibi adducta ſolum probat:ꝙ nullus ſane mentis
iudicat malum faciendum aut proſequendū eſſe ca-
piendo faciendum aut proſequendum ſecundo mo-
do:ſecꝰ ſi capiātur tertio modo quomodo ſumi ha-
I bent vt ſunt predicata principiorum practicorum.
¶ Ex his infero ꝙ impoſſibile eſt in homine ſaluari
aſſenſū totalis diſcurſus practici:q̄n ſimiliter ope-
retur ſi poſſit. Pro cuius probatione duo ſuppono
Primum:⁊ ſi voluntas ſit cauſa libera nihilominꝰ
actus volūtatis puta volitio mere naturaliter agit
⁊ ex neceſſitate:ſicut ignis ſol ⁊ ſimilia:ptꝫ:qꝛ ſi ip-
ſa volitio eſſet cauſa libera ſtaret efficax volitio ad
ambulandū in hoīe potēte ⁊ nō ꝓhibito ꝑ ſubtra-
ctionem neceſſarij vel appoſitione impedimēti : qui
tū non ambularet:qđ manifeſte experimur eſſe fal-
ſum. Tunc fit.ſubtractio neceſſarij:cū prima cauſa
deſinit cooperari vel nō adeſt cognitio requiſitorū
ad proſecutionem finis:quia ſine cognitione medio
rum:que vere aut apparenter ſunt media nō cauſat
volitio ſeu appetitꝰ finis opus ad extra. Fortaſſe di
ces: aliquis effectus nouus poteſt cauſari a volūta
te antiqua:ſine eius mutatiōe aut impedimēti amo
tione. Quod patet primo:quia ſi velim ex nunc am-
bulare ad pulſum campane:campana pulſāte per il
lam voluntatem ambulo. Secundo patet hoc ſi rex
iam velit aliquem pro hora ſexta fieri liberū:adue-
niente hora ſtatim fiet liber:regis voluntate in nul-
lo mutata:quod eſſe nō poſſet ſi actus volūtatis na
turali neceſſitate ageret. Nec releuat ſi dicat̄ poſt
Auerroyn.viij. Phyſicoꝝ. Cū affuerit ꝑſentia tē-
poris:pro quo voluit:fiet in homine noua concupi-
ſcētia:que erit cauſa effectus. Quia nihil aliud cau
ſabit illā concupiſcentiā: niſi volitio precedens cū
omnia alia ponantur ſimiliter ſe habere pretertem-
pus:qđ vtiqꝫ non erit illius concupiſcentie cauſa.
K ¶ Pro ſolutione premitto verbū Cōmentatoris.
viij. Phyſi.ꝙ dicunt (inquit) noſtre legis homines:
voluntatem dependere de actione entis noui in ali-
qua hora:ita ꝙ illud ens fiat ad preſentiā illius ho-
re:abſqꝫ eo ꝙ fiat illic trāſmutatio:eſt ſermo nō in-
telligibilis. Voluntas enim cum fuerit ad inuenien
dum aliquod ens in aliqua hora:neceſſe eſt vt in vo-
lente tūc fiat concupiſcentia in mente que non fuit
ante:⁊ illa eſt cauſa propinqua ad agendū in illa ho
ra. Et cauſa illius concupiſcentie eit preſētia illiꝰ
temporis que non erat ante:nec poteſt homo ſanus
fugere hanc fidem exiſtimatione preſentie:reprehē
dens ibi doctos ſue legis:eo ꝙ poſuerunt principiū
eternū mouere de nouo per voluntatem poſſibilem.
Idē ad longū deducit tractando opinionem Em-

pedoclis ⁊ Anaxagore dicens. Actionem nouā nō
poſſe depēdere a voluntate antiqua niſi per accidēs
quia ſcilicet agit per mediū quod non fuit poſitū:
idipſum etiam ſenſit Ariſt.viij. Phyſi. Cum dicit
voluntatem nō poſſe de nouo inchoare motum ſine
ſui mutatione aut impedimēti amotione. Quamꝗ̄
hec duo lumina nature errauerint circa volūtatē in
creatam que volitioni ſue identificatur ſeu eadē eſt
nequaꝗ̄ tamen credibile videtur eos deceptos fuiſ
ſe:circa ꝓprie volūtatis experientiā:precipue cum
facile ſit iudicare an voluntas cōpleta poſſit prece-
dere effectum dum non impediatur:non videtur tā
preclara ac laborioſiſſima ingenia latere potuiſſe.
¶ Hoc premiſſo dico ad primum:ꝙ volitio illa pre L
cedens non eſt tota cauſa noue concupiſcentie : ſed
ipſa potētia volūtatis ad minus eſt partialis:⁊ for-
te totalis cauſa ei :ita ꝙ prior volitio cedit in aduē
tu temporis ⁊ hoc ſuccedit: nullū aūt incōueniēs
eſt partialē cauſā naturalē precedere effectū ꝗ̄uis
non ſit impedita. Sed impoſſibile eſſet hoc de cauſa
totali ⁊ naturali:⁊ per idē ſoluetur cauillatio q̄ ibi
tangitur. Ad ſecundum dico:ꝙ volitio regis nō eſt
ibi propria cauſa libertatis:ſi ponatur libertas res
diſtincta a re denominata:qꝛ ſiue ipſa maneat: ſiue
trāſeat puta rege dormiēte:aſſeq̄tur libertatē in tē
pore ꝑfixo: iā nihil eſt cauſa:quādo nō eſt. Ex his
patꝫ ꝙ volūtas nō ꝯcurrit libere ſaltē vt cauſa par
tialis immediate ad actum exteriorē : quia ſic ſtan-
te volitione efficaci in potente ⁊ non prohibito ad
ambulandū:poſſet non ſubſequi ambulatio. ¶ Se- M
cundo premitto:ꝙ voluntas efficaciter volens finē
neceſſario vult omnia que ſcit ad finem illū eſſe ne-
ceſſaria:dico notanter efficaciter ad excludendū vo
litiōem cōditionatā ⁊ ſimplicis ꝯplacētie qualis
bene reperitur in deſperante de ſalute vel ſanitate
aſſequenda ſeu recuperanda ꝓbo ſic: quia ſicut aſſē
ſus antecedentis naturaliter cauſat aſſenſum conſe
quentis dum noſcitur aut creditur ad ipſum ſequi.
ita volitio efficax finis neceſſario cauſat volitiōem
omnium que quis ſcit aut credit neceſſaria ad talē
finē cōſequendū. patet idē exēplariter:ſi quis in tē
peſtate maris videat mercium eiectionē neceſſariā
ad ſaluandam vitam nullus ſane mentis dicet eum
velle vitam ſaluare: niſi etiam velit merces eijcere:
quis etiam tam hebes eſt qui neſciat eum non velle
efficaciter ambulare: quem videt nolle arripere ba-
culū : quem talis ſibi nouit ad ambulandum eſſe ne
ceſſarium.vnde Philoſophus.iij. Ethicoꝝ. Si ꝑſti
tuto fine inueni aut impoſſibile eſſe quo finem opor
tet attingi diſcedunt:ideſt deſinunt velle finem.
¶ Ex his deduco principale correlarium ꝙ maior
diſcurſus practici non ſoluatur ſine efficaci volitio
ne finis quem principium ipſum dicit ꝓſequēdū eſſe
⁊ illa naturali neceſſitate cauſat volitionē omniū
que ſciuntur neceſſaria ad talē finē. Cum ergo mi-
nor adiuncta ponat id ſine quo finis haberi non po-
teſt oportet voluntatem efficaciter velle hoc mediū
⁊ ita oꝑari niſi ꝓhibeatur iuxta primum preſuppoſi
tum verbi gratia ſit iſte diſcurſus: in hoc bello eſt ꝑ
me fortiter agēdum ꝓ ſalute populi Chriſtiani ⁊ fi
dei orthodoxe. ſed non poſſum in ipſo fortiter agere
niſi hoſtes inuadendo ſubeam pro nunc mortis pe-
riculum ergo hoc eſt nunc faciendum volēs efficaci
ter finē ꝑſtiturū ꝑ maiorē : neceſſario vult medium
ꝓpoſitum ꝑ minorē tanqꝫ ad finē illum neceſſariū.
⁊ ita vult cū mortis diſcrimie hoſtes inuadere. Po-

Universidad de Deusto Biblioteca



teſt tamẽ vtiqꝫ volitio efficax finis ſtare ſine volitio-
ne mediorum que ſunt ad finem illum neceſſaria: cũ
nõ ſciuntur vel creduntur eſſe neceſſaria: ſed tũc pri-
ma volitio impeditur ꝑ defectũ partialis cauſe aut
ſaltem conditionis ſine qua nõ: puta talis cognitio-
nis ꝙ illa ſint media vel ꝙ ſunt ad finem illum neceſ-
ſaria ¶ Peccare ex infirmitate eſt actum vel omiſ-
ſionem culpabilem facere non ex deliberatione pro-
A pter paſſionis impetum: vnde ſicut corpus infirmũ
eſt quando humores ⁊ membra nõ ſubdũtur eiꝰ vir-
tuti regitiue: ſic metaphorice animi infirmitas dici-
tur cum affectiones ſenſitiue nõ ſubduntur virtuti
regitiue anime puta rationi: ſed eã deducunt ad cõ-
ſenſum vetiti vel omiſſionem precepti. Unde dicit
Philoſophus .j. Ethicorum. Tam incõtinentis ꝙ̃
cõtinẽtis ratio recte ⁊ ad optima ꝓuocat: ſed aliud
quiddam eſt preter rationem innatum qđ repugnat
reſiſtitqꝫ ratiõi: vt enim reſolute corporis partes ſi
ad dexteram mouere velis in ſiniſtram feruntur: ſic
⁊ in aĩo in contrarium feruntur incontinentiũ ap-
petitus. Et Apoſto. ad Roma. vij. Video aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi mẽtis mee
⁊ captiuantem me in lege peccati: que eſt in mẽbris
meis. Et ad Gal. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpi-
ritũ ⁊ ſpiritus aduerſus carnem: hec enim ſibi inui-
cem aduerſantur: vt nõ quecũqꝫ vultis illa faciatis
B ¶ Et poteſt paſſio ſenſitiui appetitꝰ p̃ualere aduer-
ſus rationem ſeu eam vincere tribus modis: ſcilicet
per diſtractionẽ: ꝑ contrarietatẽ: ⁊ per ligationem:
Per diſtractionẽ quia dum vehementer anime in-
tentionem applicat ad ſui obiecti conſiderationem:
diſtrahit: ne poſſit alijs conſiderandis intendere: vt
qui fiſtulis delectantur non poſſunt mentẽ adhibe-
re ſermonibꝰ ſi multarum ſonum exaudiant magis
gaudentes ſono ꝙ̃ preſenti operatione voluptas er-
go ſoni corrumpit operatiões circa ſermones: vt di-
cit. x. Ethicoꝝ. Et vniuerſaliter quelibet extranea
voluptas diſtrahit corrumpẽdo operationem ſicut
propria auget: magis ſingula diſcernere faciens ex-
actiuſqꝫ comprehendere. Pſal. lvij. Supercecidit
ignis ⁊ non viderunt ſolem: ignis inquam concupiſ-
cẽtie ſeu libidinis ⁊ non viderũt ſolẽ .i. notiſſima p̃n-
C cipia practica agẽdorum. ¶ Secundo ꝑ cõtrarieta-
tem frequenter enim paſſio inclinat ad cõtrariũ eiꝰ
qđ ratio precipit que dum cohibetur parua ſintil-
la creſcit in flammam tãdẽqꝫ ratiõem trahit in ſẽtẽ-
tiam inclinationi ſue conformẽ. Non enim eadem vi-
dẽtur amãtibus ⁊ odientibus iratis ⁊ manſuete ſe
habẽtibꝰ: ſed omnia diuerſa vel ſaltẽ magnitudine:
vt amãti videꝛ qđ reus nullam vel paruam iniuriaꝫ
fecerit odienti vero omnino contrarium: vt dicit. ij.
Rhetoricoꝝ. Quẽadmodum enim guſtus de ſapori-
bus iudicat ſm̃ diſpoſitionem lingue ⁊ ſui organi:
vt patet in febricitãtibus ita intellectus ſm̃ diſpo-
ſitionem appetitus dum affectiones vehementes fu-
erint: ꝓpter qđ primo Rhet. dicit Philoſophꝰ mi-
nimam poteſtatem tribuendam iudicibus vt non ex
arbitrio ſed ſm̃ leges iudicent: quoniã cũ vel amẽt
vel oderint ſua quoqꝫ vtilitas connexa ſit non ſatis
queunt verum ꝑſpicere ſed propria vel voluptas vel
dolor iudicia obũbrat. Beatus igitur q̃ tenebit ⁊
allidet paruulos ſuos ad petrã. Pſal. cxxxvj. Par-
uulos inquã .i. exiles motus paſſionum ad petrã ra-
tionis: ne videlicet ſuccreſcẽtes vim capiãt deducẽ-
D di ad malum. ¶ Tertio ꝑ ligationẽ intellectus: qꝛ
paſſiones corporalem tranſmutationem faciũt cor-
poralis vero ꝑturbatio ligat ſenſum vel perturbat
fantaſmata: ꝓpter qđ intellectꝰ impeditur a proprio
actu: ſcꝫ ab vſu ratiõis. Et ita per paſſionẽ ligatur.
¶ Ex dictis patet ꝙ ille dicitur ſolũ ex infirmitate
peccare: qui per paſſionẽ impeditur ꝯſiderare mali-
ciam ſue actionis vel omiſſionis: ſi enim paſſio adeo
exilis fuerit ⁊ modica: vt ratiõis iudiciũ quo ad hoc
nõ obumbret ꝙ̃ꝙ̃ trahat quodãmodo ⁊ inclinet: nõ
eſt infirmitatis peccatũ: ſed principalius malitie.
Quia omne peccatũ a volũtate ſciẽter ꝓcedens: eſt
peccatũ de induſtria: ſeu peccatũ malitie: vt patet
v. Ethico. ¶ Et ſi dicaꝛ: ſciẽtia ꝓpter ſui certitudi-
nem eſt fortior paſſione: ergo nõ põt paſſio quantũ-
cũqꝫ intẽſa ratiõis iudiciũ ꝑuertere: ſaltẽ cũ fuerit
ſcientie aut firme adheſionis: vnde recte videtur
dixiſſe Socrates. Difficile eſt ſi ſciẽtia adſit: aliud
quicqꝫ p̃ualere: ac veluti mãcipiũ in ſeruitutẽ tra-
here: ꝯcludẽs neminẽ intelligentẽ facere ꝯtra id qđ
optimũ ſcit: ſed eos qui faciũt per ignorantiã face-
re: nec videꝛ ſufficere ſolutio: quã dat Philoſophꝰ
vij. Ethi. ꝙ incõtinẽs cũ in ꝑturbatione eſt: nõ ha-
bet ſciẽtiã in ꝑticulari ⁊ in actu: ſed in vniuerſali vł
habitu tantũ: qm̃ videmus tales de boni ⁊ mali di-
ſtantia optime diſſerere: qđ vtiqꝫ fieri nõ poteſt niſi
de particulari caſu ſiue ſciẽtia in particulari: ⁊ in ac-
tu. Preterea bonũ hominis eſt ſm̃ rationẽ eſſe: cũ
ergo paſſio hoc ſolũ operetur: vel aliq̃d fiat ſm̃ ratio-
nẽ: quã ad ſententiã ſue inclinationi ꝯformẽ dedu-
cit: videꝛ ꝙ motꝰ volũtatis ex paſſione ſeu infirmi-
tate ſemper ſit bonꝰ ⁊ rectꝰ. ¶ Reſpõdeo: licet paſ- E
ſio non poſſit vincere ſcientiã aut fidẽ practicã ea
manente in vniuerſali ⁊ particulari: puta mouẽdo
voluntatẽ ad aliq̃d volendũ vel nolendũ ꝯtra prac-
ticum iudicium: vtiqꝫ tamen poteſt ſcientiã illã per
diſtractionem: ligationem vel contrarietatem extin-
gere ſeu corrumpere: quomodo lingue indiſpoſitio
ſuperueniẽs corrũpit rectũ iudiciũ de ſapore: ⁊ ita
nõ trahitur ſciẽtia velut mancipiũ in ſeruitutẽ: ſed
a paſſione preualente corrũpitur. ¶ Ad ꝯfirmatio-
nem reſpondeo: ꝙ vtiqꝫ poſſunt cognoſcere q̃d mo-
rales Philoſophi: ⁊ q̃d ſcriptura ſacra de bono et
malo tradãt ⁊ mẽtales ꝓpoſitiones formare: ſed nũ-
ꝙ̃ poſſũt vtiqꝫ ꝓpoſitiõi diſcurſus practici de bono
cõtrario inclinationi paſſionis cui cedũt aſſenſũ pre-
bere: ⁊ ergo bñ dicit Philoſophꝰ ꝙ eos dicere ſer-
mones ſeu verba: ſciẽtie nullũ eſt ſignũ: nã qui pri-
mo diſcũt illa complectũtur: ſed nondũ intelligunt
opus eſt enim vt cognata natura fiat: quare extimã-
dũ eſt incõtinẽtes talia dicere quẽadmodũ eos qui
in ſcena .i. theatrali ludo recitãt. ¶ Ad ſecundũ di-
co: ꝙ bonũ hoĩs conſiſtit in eſſe ſcđm rationẽ rectã
non aũt recuruã qualis eſt ratio incõtinentiũ dum
actu ſunt in perturbatione. ¶ Ad videndum quid A
ſit peccare ex ignorãtia premitto: ꝙ aliud eſt igno-
rantẽ aliquid facere: ⁊ aliud eſt idipſũ facere ex ig-
norantia. Nã ſicut abſentia naute eſt cauſa ſubmer-
ſionis nauis: ita ignorãtia eſt cauſa facti ſeu operis
hũani. Sicut ergo abſentia naute nõ eſt cauſa ſub-
merſionis nauis niſi cũ preſentia eiꝰ ꝓhiberet ſub-
merſionẽ: vbi nãqꝫ eque peritura eſſet nauis nauta
preſente ſicut ipſo abſẽte: nõ cẽſereꝛ abſẽtia eiꝰ cau-
ſa ſubmerſionis: qꝛ iã nõ remoueret ꝓhibẽs: ⁊ illa
ſola ratione dꝛ cauſa priuatiua ſubmerſiõis. Conſi-
militer ignorãtia dꝛ ſolũ cauſa operis ſeu facti: qñ
preſentia ſcientie factum ipſum prohiberet vt mu-
tuans ſpe lucri cõſequẽdi ſi ignoret hoc eſſe pecca-



tum puta vſuram mentalem: nihilominus idẽ factu-
rus ſi hoc ſciret talis ꝙ̃uis peccat ignorans: non tñ
B ex ignorãtia. ¶ Ex hoc dico ꝙ peccare ex ignorãtia
eſt actũ culpabilẽ facere ꝓpter carentiã ſciẽtie: ſeu
notitie. Et fit tũc ꝓpter carentiã ſcientie qñ ſcien-
tia ſi preſens eſſet ꝓhiberet actũ iuxta notabile pre-
miſſũ. Et dico notãter actũ culpabilẽ: qꝛ ſi ignoran-
tia excuſet actũ a culpa nõ eſt ibi peccare ex ignorã-
tia: ſed ꝓpter ignorantiã actum licitum facere: qui
a ſciẽte factꝰ: eſſet penitus illicitus. Et ſumo ly de-
ſcriptione ly. actũ gñaliter vt ſe extẽdit ad omiſſio-
nẽ: ⁊ ſic cõpetit deſcriptio omni peccare ex ignoran-
C tia ſiue fuerit omiſſio ſiue ꝯmiſſio. ¶ Ad ſciendũ au-
tẽ que ignorãtia excuſat ⁊ q̃ non: p̃mitto ꝙ alia eſt
ignorantia iuris: alia facti: ignorantia iuris eſt du-
plex .ſ. diuini ⁊ humani: ignorãtia iuris diuini iterũ
ſubdiuidiꝛ: qꝛ quedã eſt inuincibilis: quedã vero vin-
cibilis: inuincibilis eſt qua hõ faciẽs qđ in ſe eſt: vt
miniſterio hoĩm vel dei auxilio inſtruaꝛ vincere non
põt. Et iſta totaliter excuſat a pctõ: patꝫ: qꝛ niſi ſic
faciẽti qđ in ſe eſt: nõ eſſet deꝰ paratꝰ ſuccurrere in
neceſſarijs ad ſalutẽ: ꝯtra illud Aug. Deus ſemper
paratꝰ eſt bñfacere: ſed malitia hoĩm ꝓhibeꝛ. xvj. q.
.j. decime. Et cõtra illud Pſal. xiiij. iiij. Prope eſt
dñs oĩbus inuocãtibꝰ eũ: oĩbus inuocantibꝰ eũ in
veritate: deꝑcationẽ eoꝝ exaudiet. ⁊c. adeo vt glo.
aſſerat ad Roma. v. Si cõfugientẽ ad ſe deꝰ nõ reci-
peret eſſet in eo iniq̃tas: cũ igiꝛ blaſphemũ ⁊ impiũ
ſit deo quãcũqꝫ iniq̃tatis maculã aſcribere: oportet
ignorantiã faciẽtis qđ in ſe eſt: totaliter excludere
peccatũ cũ ſit inuincibilis. ¶ Ex oppoſito ignoran-
tia vincibilis iuris diuini eſt: quã homo faciẽdo qđ
D in ſe eſt vt miniſterio hominũ vel a deo inſtruatur de
agẽdis vincere poteſt: ⁊ iſta culpã extenuat ſed non
excuſat totaliter a pctõ. Secũda pars patet: qꝛ vel
talis nõ faciẽs qđ in ſe eſt. ⁊c̃. Omittit req̃rere mi-
niſterium hominũ peritorum cõmittẽs ſe ſoli deo ⁊
eiꝰ gratie: ⁊ ſic de nouo peccat tẽtãdo deũ: quicũqꝫ
enim rationabili cõſilio habẽs quid faciat humani-
tus ſi ſaltẽ ſuã ſpiritualẽ vel corporalẽ ſoli deo cõ-
mittat omiſſo ſeu neglecto humano ſubſidio tentat
deum: vt vult Aug. aſſignãdo cauſam quare Abra-
ham debuit Saray dicere ſororẽ ſuã ſubticẽdo eã
vxorẽ ſuã eſſe. xxij. q. ij. queriꝛ: vnde ſicut in corpo-
rali egritudie conſtitutus: ſi cõfiſus de diuio adiu-
torio nolit requirere medicorum iuuamen aut conſi-
lium: peccaret tentãdo deũ: ita qui mẽtis infirmita-
te laborat puta ignorãtia ſi nolit ⁊c̃. Vel ſcđo ꝙ̃uis
accuratiſſime requirit hoĩm quantũlibet doctorũ
conſiliũ ⁊ miniſterium: nõ tñ ſe talẽ exhibet apud
deũ: qui ab eo mereatur in viam ſalutis dirigi: pu-
ta quia ſe nõ diſponit ad charitatẽ continuãdo actu
aliqđ peccatũ vel priora nõ diluẽdo per penitentiã.
E ¶ Et ꝙ nullo horum trium modoꝝ: ignorantia to-
taliter excuſat a pctõ: ꝓbo nullꝰ ratione vtẽs excu-
ſatur a pctõ per penã quã iuſto iudicio deꝰ ei infert
aut in ipſo cõtinuat pro peccati demerito. Sed hic
eſt dei ignorãtia eiꝰ qui ꝑſeuerat in pctõ: ergo ma-
ior patet: qꝛ in volũtarijs nõ põt excuſare: illa ne-
ceſſitas quã operata eſt prior volũtas: vt dicit Hug.
de ſctõ Victore lib. j. de ſacramẽt. parte. vij. c. xxiij
ſicut nõ excuſat neceſſitas denuo peccãdi mortali-
ter in eo q̃ priora pctã ꝑ penitentiã nõ diluit: ⁊ mi-
nor probatur. Primo: qꝛ in penã peccati interdum
abſcõdit veritatẽ ab his quos perſeuerãtes in pctõ
ꝯſulunt: adeo vt ſi velint omnino reſpõdere neceſſe
eſt vt falſa reſpõdeant. Ezechie. xiiij. Qui poſuerit
immũditias in corde ſuo ⁊ venerit ad ꝓphetã vt in-
terroget per eũ me: ego dñs reſpõdebo ei in multi-
tudine immunditiaꝝ ſuarũ: ⁊ infra. Propheta ve- A
ro cũ errauerit: ⁊ locutꝰ fuerit verbũ: ego dominꝰ
decipiam illum ⁊ portabũt ſupple vterqꝫ iniquita-
tem ſuam: iuxta iniquitatẽ interrogãtis: iniquitas
prophete erit: hinc ait glo. ad Roma. x. Mittit ſe-
pe deꝰ malos doctores malis ex ira: vt viciſſim per
ſe ſicut iuſtũ eſt: pereãt: vt .ſ. qui in peccatis eſt pec-
cet adhuc: ⁊ q̃ in ſordibꝰ eſt ſordeſcat adhuc. Apoc.
xxij. Et .ij. ad Theſſa. ij. aperte dicit Apoſt. qꝛ non
receperũt veritatẽ charitatis vt ſalui fierẽt: ĩõ mit-
tet illis deꝰ operationẽ erroris vt credãt mẽdacio vt
iudicẽtur oẽs qui cõſenſerũt iniquitati Et q̃d eſt
hoc patres optimi: niſi, offendiculũ ponere: vt qui
penitẽdo reuerti ad deũ negligit: deſerens cũ iuſto
ſuo iudicio ponit ei deꝰ vt grauius impingat: vt ꝑ
ꝓphetam ait. Si cõuerſus iuſtus a iuſtitia ſua fece-
rit iniquitatẽ: ponam offendiculum coram eo Eze-
chielis. iij. Aliqñ tamen conſultos errare nõ ꝑmit-
tit falſa docẽdo: ſed tñ veritatis ſermonẽ eis ſubtra-
hit ꝓpter interrogãtis indignitatem: ſicut electo
prophete ſuo p̃nunciat linguã tuã faciã adherere
palato tuo: ⁊ eris mutus nõ quaſi vir obiurgãs: qꝛ
domꝰ exaſperãs eſt: vbi vide glo. ſuꝑ ꝟbo ⁊ linguã.
Scđo ptꝫ eadẽ minor: qꝛ in penã pcti ſepe nõ ꝑmit-
tit deus indignos recte reſpõſa intelligere: iuxta il-
lud Eſaie. xxix. Et erit vobis viſio oĩm ꝓphetarũ
ſicut verba libri ſignati: quẽ nec ſciẽs neqꝫ ignorãs
literas legere poterit. Et expꝛeſſius Eſa. vj. c. Audi-
te audiẽtes ⁊ nolite intelligere Exceca cor populi
huius ⁊ aures eius aggraua ⁊ oculos eiꝰ claude: ne
forte videat oculis: ⁊ auribus ſuis audiat ⁊ corde
intelligat ⁊ conuertatur ⁊ ſanẽ eos: qđ oculos clau-
dere apud deũ: eſt mẽtẽ nõ illuſtrare eidẽ in penam
pcti: ad intelligẽdum nõ cooꝑari ſeu iuuamẽ nõ p̃-
ſtare. Fruſtra aũt palpitat lingua p̃dicãtis ſi intus
nõ doceat gratia ⁊ virtus ſpũſſancti ſeu dei. ¶ Ex F
hoc pꝫ quãte temeritatis ſit de proprio capite q̃d li-
ceat q̃d iniuſtũ iuſtumve ſit p̃ſumere ⁊ ſcripture ſa-
cre regulam a peritis non requirere: p̃ter iuſtã ne-
ceſſitatẽ ſoli deo cõmittendo vel certe de miniſterio
hoĩꝫ cõfidere ⁊ corde cõtrito ſimul ad deũ nõ recur-
rere. Nullum eñ a peccato excuſat diuini iuris ig-
norãtia: niſi ad deũ toto cõuerſus dirigi petat ⁊ ſuf-
fragiũ hominũ req̃rere nõ omittit. ¶ Fortaſſe obij-
ciet aliq̃s: In his q̃ ſunt iuris diuini nulla cadit ig-
norãtia inuĩcibilis: ꝗ male dicitur illa ex toto excu-
ſare a pctõ. Antecedẽs patꝫ ratione Guihel. Pari-
ſiẽſis. quia vel facit quis: qđ in ſe eſt ad vitandũ pec-
catũ: ⁊ vtiqꝫ dirigeꝛ a deo miniſterio hominũ: vel in-
terna inſpiratione vel nõ facit qđ in ſe eſt ⁊ tunc nõ
errat inuincibiliter ex quo concludit in his q̃ ſũt iu-
ris diuini non cadere ignorãtiam facti inuincibilem
quanto minus iuris. Et Ger. doctor eximius quar-
ta lectione de ſpirituali vita anime dicit. quicq̃d ſit
de ignorantia facti aut iuris humani cõcors eſt ſñia
nullã in his q̃ legis diuine ſunt cadere ignorãtiã in-
uincibilẽ. quin faciẽti qđ in ſe eſt deus ſemꝑ aſſiſtit:
paratus illuſtrare mẽtẽ: quãtũ oportebit ad ſalutẽ
⁊ erroris euitationẽ. Similiter dominus Altiſſ. ter-
tia parte ſũ. dicit. Vetulã ⁊ ſi audiat p̃latũ p̃dicãtẽ
ꝙ pater in diuinis ſit maior filio quia filius q̃cquid
habet: ⁊c̃. nõ excuſari ꝑ ignorãtiam inuincibilẽ quia
poteſt ab alio veritatẽ dicere puta a deo ſi ei aperiat

hoſtium cordis ſui per deuotam dei glorificationē.
Pro quo facit Hugo de ſancto Victore.lib.ij. par
te.ix.c.v.dicēs. Meminē excuſari per ignorantiā a
ꝑcepto baptiſmatis ſuſcipiēdi:qꝛ niſi ſua culpa ob-
ſtiterit:audire ⁊ ſcire poterit ac debebit vt exēplari
ter deduci ſolet a doct.de Corne. Cēturiōc. Act.x
¶ Et confirmo per illud.j.Ioā.ij.c. Et non neceſſe
G habetis vt aliquis doceat vos:ſed ſicut vnctio do-
cet vos de oībus ⁊ verū eſt ⁊ nō eſt mendaciū: ergo
faciens quod in ſe eſt:nūꝗ̄ laborat inuincibili igno
rantia in his que ſunt legis dei. Reſpondeo. Eorū
que ſunt legis diuine eſt differentia. Quedam enim
ſunt quorum notitia eſt omnibꝰ adultis neceſſaria
ad ſalutem:quedam vero quorum notitia ſolū qui-
buſdam eſt neceſſaria ad ſalutem:primi vt cōmunia
iuris naturalis precepta cuiuſmodi ſūt ꝑcepta de-
calogi:⁊ cōes articuli fidei:vt dicit oīpotentia dei:
Chriſti hūanitate:paſſiōe ⁊ reſurrectione:⁊ reſur-
rectione mortuoꝝ:⁊ ſic de alijs:⁊ horū ignorantia
in nullo eſt inuincibilis:quin ſemper eā vincere poſ-
ſet faciēdo quod in ſe eſt:ſecus de alijs:quia ⁊ ſi cir
ca illa corde humiliato veritatem inquirant a deo ⁊
hominibus:nō propter hoc ſemper edocerentur mi-
niſterio hominum:vel a deo interna inſpiratione:vt
contigiſſe videtur Macha.qui propter religionem
⁊ obſeruantiā ſabbati crediderunt nō licere ſibi ma
nu auxilium ferre:aut loca ſpeluncarum opilare.j.
Macha.ij.c. Et his qui iuxta deciſionem ſedis apo
ſtolice ei adheſerūt:cum quo fedus coniugale pre-
ſumpſerant priore marito lapſo in hereſim:⁊ adhuc
viuo: de quo compilatio antiqua decretalium habe
bat in.c.laudabilē:de cōuer.infide.vt aliquando la-
tius deduxi. Et hoc dico ad rationē dn̄i Guilhel.
Pariſien̄.ꝙ ſi quis faciat quod in ſe eſt poteſt labo
rare inuincibili ignorantia eius diuini iuris ad cu-
ius notitiam deus non quēlibet vult obligari. ſimi-
liter eſt in his que ſunt facti vt poſtea dicam ⁊ cū di
cit Ger.concors ſententia eſt in his que ſunt iuris
diuini:nullan cadere ignorātiam inuincibilem dico
hoc limitandum eſſe ad illa que deus ſub obligatio-
ne vult ab omnibus ſciri.ꝙ enim indiſtincte verū nō
ſit patet ex glo. Matthei.xviij. Parum diſtat in vi
cio fallere vel falli:ſcandaliſare vel ſcandaliſari ſi ex
negligentia ſi ex inuincibili ignorantia diſtat: quia
tunc falli peccatum non imputatur que glo. nō de
facti ſed iuris ignorantia loqui videt̄:immo ⁊ Gra-
tianus vult aduerſus ius naturale diſpēſationē fie
ri:cum duo mala ita ſe vrgent vt alterum agi opor-
teat.xiij.diſtin. in prin.qui caſus occurrere non po-
teſt:niſi illi qui diuini iuris ignorantia laborat:quo
modo loquitur concilium toletanum.quod ibi Gra
tianus allegat:ergo in his que ſunt iuris diuini po-
teſt cadere ignorantia inuincibilis. Nō obſtat ver-
buꝫ Hugo.allegatum:quia procedit de illo ad cuiꝰ
notitiam deus voluit omnes eſſe obligatos ſaltē no
tabiliter durantes in vita poſt acceptū ratiōis vſū.
¶ Ad confirmationem ex verbo Ioan.apoſtoli dico
ꝙ vnctio non ſinit aliquem charum deo hebetudinē
pati in his que ei ſunt neceſſaria ad ſalutē:cuiuſmo-
di eſt illud de quo ibi Apoſtolus meminit chriſtum
meſſyam in lege promiſſum iā veniſſe quod vnicuiꝗ̄
eſt neceſſarium ſcire:ſed in ſimilibus erudit ſēp cha
ritatem habentes:vel interna, inſpiratione vel mini-
ſterio hominum ſecus in alijs:vt deduxi de Macha
I beis ⁊ alijs. ¶ Circa dicta eſt aduertendum ꝙ igno
rantia aliquando eſt inuincibilis quo ad diſſolutio-
nem:⁊ vincibilis quo ad euaſionem:⁊ illa non excu-
ſat ex toto a culpa:vt dicit dn̄s Guilhel. Altiſſio.
tertia parte ſūme.q.vtrū aliquis per ignorantiā ſi
ne peccat o poteſt exhibere latriam creature: cuius
exemplum eſt de eo cui apparet diabolus ſub ſpecie
Chriſti precipiens vt adoretur:quāꝗ̄ homo nō poſ
ſet ignorantiā illā vincere per diſſolutionem deue-
niendo:ſcilicet ad cognitionem veritatis eā diſcer-
nendo a falſitate oppoſita apparēte. Quia tamē ei
patet ſine diſſolutione euaſio peccati:adorando ſub
conditiōe ſi ſit Chriſtus:ideo illa inuincibilis igno
rantia non excuſaret a peccato ſi abſolute ⁊ ſimpli
citer adoraret:an tamē ibi per implicitam cōditio-
nem poſſet excuſari a peccato ſicut in cōſecratione
hoſtie non tranſubſtantiate:ſm deciſionem concilij
Conſtantien̄.non curo ad preſens:ſatis eſt propoſi
to ꝙ in ſimpliciter abſoluta adoratione non excuſa
retur:ſed ignorātia inuincibilis quo ad diſſolutio
nem ⁊ euaſionem ſimul excuſat totaliter a peccato
vt ſi demon ſic trāſfiguratꝰ preciperet ſibi filiū im
molari:qꝛ ibi non poſſet ignorantia inuincibilis per
manere quo ad diſſolutionem:niſi ſimul eſſet inuin-
cibilis quo ad euaſionem:impoſſibile eſſet cū illa in
uincibili ignorantia laborare:⁊ tamē peccare quin-
immo deus in hoc caſu facientem quod in ſe eſt: ne-
ceſſario inſtrueret interna inſpiratione:aut certe cū
eo diſpenſaret in lege nō occidendi inſontem. Et hu
ius ſentētie fuit Gratianus.xiij.diſtin.cū dicit ad-
uerſus ius naturale nullā diſpenſationem fieri:niſi
duo mala ita ſe vrgeant.⁊c̄.ꝙ falſum eſſet ſi ignorā
tia inuincibilis quo ad diſſolutionem tantū excuſa
ret a peccato. Sed dices fortaſſe hec ſentētia fere
totum mundū inuoluit cū ſic mercantes cōtractu
iure nature illicito:quantūcūꝗ̄ ſequerētur doctoꝝ
ſententias nō excuſarentur a peccato: cū ibi igno-
rantia ſit vincibilis quo ad euaſionem abſtinendo a
ꝯtractu ⁊ ſimiliter in multis alijs locis vt ꝯtrahen
do cū alio poſtꝗ̄ maritꝰ lapſus fuerit in hereſim qđ
olim declarauerat Celeſtinus papa eſſe licitum.⁊c̄
Reſpōdeo. Non totum mundum inuoluit: quoniā
in ſimilibus vere confugientes ad ſe non ſinit deus
peccati labe inquinari:ſed dat metuentibus ſe ſigni
ficationem vt fugiant a facie arcus:⁊ liberētur ele
cti ſui. Pſal.lix. Quemadmodū Helya exclaman-
te:quia ſolus relictꝰ eſſet veri dei cultor:accepit di
uinum reſponſum:ſeruaui mihi ſeptem millia viro
rum qui nō curuauerūt genu ante Baal.iij. Regū
xix. Et refert Apoſtolus ad Roma.xi. ¶ Reſtat in K
quirere de ignorātia iuris humani ⁊ poſitiui an et
quando excuſat a peccato:⁊ videbitur ꝙ ipſa igno-
rantia in eo qui facile ius noſſe poſſet ſemper ſit pec
catū:⁊ ita a peccato nō poteſt ſaltem totaliter ex-
cuſare quia eſt in illo lata culpa:iuxta.l. late culpe
ff.de verbo.ſignifi.⁊.l.regula.ff.de ver.⁊ fac.igno.
quia omnes tenentur iura ſcire. C.de legibus.l.ij.⁊
de conſtitu.ca.primo demptis perſonis quo ad hoc
priuilegiatis:videlicet militibus ⁊ minoribus. xxv
annis:mulieribꝰ ⁊ ruſticis:de quo pleniꝰ vide glo.
j.q.iiij.c.turbatur.§.notandum. ¶ Pro reſponſio- L
ne premitto ꝙ nō eſt idem culpa apud iuriſtas ⁊ pec
catum apud ſacram ſcripturā. Culpa in iure eſt de-
uiatio ab eo quod bonū eſt:quod per hominis dili-
gentiā potuit prouideri:cuiꝰ ſūt quinꝗ̄ ſpecies.ſ.
latiſſima culpa:latior:lata:leuis ⁊ leuiſſima:ꝑ qua
rum deſcriptionibus remitto ad Barth.in.l.quod
nerua.ff.depo.vn̄ deuiatio a bono vtili vt eſt culpa.



Et ꝙ ſine peccato ſepe fiat patet:ſi heres ex ignorā-
tia legis falcidie tantum in legatis ſoluat:quod nō
remanet quarta pars hereditatis hec eſt lata culpa
⁊ ſtultus appellatur qui iuris illius ignorantia la-
borat in.l.regula.ff.de iu.⁊ fac.igno.vbi dicitur de
talibus ſciant ignorantiam facti non iuris prodeſſe
nec ſtultis ſoluere ſuccurri ſed errātibus. Itē fide
iuſſor ignorans ſe inutiliter obligatū propter iuris
ignorantiam eſt in lata culpa ⁊ ei ſubtrahitur actio
mandati. Similiter ſi poſtꝗ̄ ſoluerit nō certiorauit
principalem de pecunia per eum numerata ⁊ ille ſe-
cundo ſoluit.vt.l.ſi fideiuſſor.ff.mādati. Similiter
ſi quis patronū ſine venia in iure conueniat ignoran
tia in eo eſt lata culpa ⁊ cadit in penam.l.aureorum
vt.l.ij. C.de in ius voca.que oīa ſunt ſine peccato.
Sed certe ſunt negligentie circa bonum vtile reipu
blice ⁊ particulare ius quam iuſte leges ſeu iura pu
niunt: vel ceſſatione lucri aut certe dāni affectione.
¶ Reſpondeo igitur ꝙ ⁊ ſi iuris ignorantia in eo q̄
vel propria prudentia inſtructus aut iuriſperitorū
copiam habens ius facile noſſe poſſet ſi lata culpa:
hoc tamen non arguit illam ignorantiam eſſe pecca-
tum:etiam cum ignorantia nō eſt probabilis:vt pa
tet ex ſtatim ꝑmiſſo. Sed vbi iura aliquid precipiūt
aut prohibent dum ſufficiēter innituntur diuine le
gis auctoritati :extra quam vt regulam ab oīnibus
ꝓfeſſatam vel profeſſandam nihil poſſunt precipe-
re:vt nec abbas extra regulam profeſſatam a mona
cho teſte Gerſon:ignorantia iuris nō excuſat a pec-
cato niſi fuerit ꝓbabilis apud eū qui ex iuris igno-
rantia preceptum vel prohibitionem illam trāſgre-
ditur ¶ Dicet fortaſſe aliquis ignorantia iuris di-
uini non excuſat a peccato:niſi ſit inuincibilis ſꝫ plu
rimum iuris humani diſpoſitio facit aliquid eſſe cō
tra dei legem:qđ alias contra eam non foret:vt oīs
diſpoſitio circa alienum impediens in aliquem cade
re rei dominiū. Similiter que impedit inter aliquos
eſſe matrimoniū:ergo ſaltē talis iuris ignorātia nō
excuſat a peccato niſi fuerit inuīcibilis:cōſequētia
tenet:quia da oppoſitum conſequentis ⁊ habebit̄ ꝙ
ignorantia diuini iuris probabilis ⁊ nō inuincibilis
excuſabit a peccato verbi gratia. Quis accipit in
coniugem quam ſcit in.iiij.gradu ſibi cōiūctam pu
tans per iuris ignorātiā hoc ſibi licere:iſte cōmiſcē
do ſe illi fornicatur.ſi ergo probabilis ignorantia il
lius cōſtitutionis eccleſie excuſet eum a peccato:ig
norantia iuris diuini de non fornicando excuſabit:
⁊c̄.Quis ſolum ſit probabilis. ¶ Reſpondeo ad pro
bationem conſequentie: negando aſſumptum: quia
aliud eſt talem ignorare: ꝙ fornicatio ſit prohibita
quod eſt ignorantia iuris diuini.aliud vero ꝙ cōcū-
bere cum illa poſt conſenſum matrimonij ꝑſtitū ſit
fornicari quod eſt iuris poſitiui. Et ſic ſecūda igno
rātia probabilis tenꝫ poſitiui iuris bene excuſat:
iuxta.c.propoſuiſti.lxxxij.diſt.⁊ notata doct.ibidē
Quis prima excuſare nō poſſet:niſi eſſꝫ inuincibilis.
Patet iſtud per ſimile lege nature tenetur nos non
occidere ⁊ vitam nobis ſeruare alimēto ⁊ tegumen-
to ꝗ̄tum poſſumus:nec ignorātia illius niſi inuīci-
bilis excuſaret a peccato : ſed certe ignorantia pro-
babilis ꝙ tali cibo non occidamus:quem in egritu-
dine appetimꝰ vel tali medicamine excuſat totaliter
a peccato. Alias oporteret quemlibet medicinam
diſcere ⁊ illuc ſtudium conuertere: cū ergo nō mi-
nus licet preceptum non occidendi ꝗ̄ preceptū alie
na non occupandi inuito domino : oportet ignoran-
tiā probabilem iuris poſitiui humani excuſare ⁊c̄.
Quis facit actum ipſum cadere ſub ꝓhibitione legꝫ
diuine. Nec eſt ibi ignorantia legis diuine:ſed eſt ig
norantia alicuius propter quod ignoratum neſcit̄
actus cadere ſub ꝓhibitione ⁊c̄. ¶ Ex hoc patet ꝙ
ſequens errorem alicuius doctoris aut viri docti in
his que ſunt iuris poſitiui : excuſatur a peccato ſi-
cut ſequendo errorem medici pro egritudine depel-
lenda vbi interdum ſeipſum interficit : ſecus de er-
rore iuris diuini. Et ſic oportet limitare dictū Lā
dulphi.xv.diſt.iiij. ꝙ videlicet ſequēs errorē docto
ris dum eius mentis fuerit ꝙ nullo modo hoc face-
ret ſi ſciret eſſe peccatum excuſatur. ¶ Ignorantia M
facti eſt triplex:ſcilicet affectata craſſa ſeu ſupina ⁊
ꝓbabilis. Affectata dicitur dum vt maiori libidine
ꝓpoſitum exequamur ſine remorſu vel ob alium fi
nē nolumꝰ circumſtantias facti aduertere vt eſt illđ
pſal.xxxv. Verba oris eius iniquitas ⁊ dolus nolu
it itelligere vt bene ageret. Craſſa ſeu ſupina eſt dū
nolumus laborem circūſpectionis ſubire:vel certe
volumus alijs intendere per quod circunſpectionē
facti retrahimur quo Matthei.xiij.dicitur ſollici-
tudo ſeculi ⁊ fallacia diuitiarum ſuffocant verbum
Et dicitur craſſa metaphorice quia pingues regu-
lariter ſunt ſōnolenti ⁊ deſides:vnde prohibentur a
diligēti conſideratione. Nam venter pinguis( teſte
Hieronymo )craſſum ſenſum generat.xliiij.diſtinc.
in fine. Et ſupina quia tales quaſi ſupini iacentra-
tionem non eleuantes ad facti conſideratione. Pro
babilis ignorantia circūſtātie dicitur dum quis de
bito moderamine circunſcripſit ⁊ circunſtantiam il
lam non aduertit. Et vt dicatur probabilis non req̄
ritur ꝙ homo ſit nimium curioſus in inueſtigando
ſꝫ ꝙ nō ſit nimiū negligēs remiſſus aut diſſolutꝰ in
inq̄rēdo.ff.de iu.⁊ fac.igno.l.fi. ¶ Pria ignorātia N
peccatū potius auget ꝗ̄ extenuat q̄ ei ſcire nō vult
nō de ignorātia iudicabit̄: ſꝫ de ꝯtēptu vt ait Ber.
Scđa.ſ.craſſa culpā alleuiat:ſed nō excuſat a pecca
to vt ſolet exēplificari de Lamech q̄ pre ſenio cecu-
tiēs ſeu caligās oculis dicēte iuuene ferā adeſſe ſa-
gittā emiſit ac interfecit Caym de quo glo. Gene.
iiij.⁊.xv.q.§.itaꝗ̄ ⁊ nō excuſatur a pctō occiſiōis
qꝛ nō ſuffecit pro exercitio illiꝰ facti diligētia illa ꝑ
aliū. Tertia vim ꝓbabilis a toto excuſat vt exēplifi
cari ſolet de Iacob. Gen̄.xxix.cui ꝓ rachel ſuppoſi
ta fuit Lya. Et niſi ſic liceret cōuolare ad ſecunda
vota recepto certo nuncio de morte mariti ex quo
adhuc falli poſſet contra ca.in preſentia de ſpō.⁊.c.
dominus de ſecū.nupt. Preterea dicit Augu.li.de
fide ⁊ operibus. Non peccat virgo:que neſciens nu
bit alieno viro.nec erit adultera ex hoc quamdiu ne
ſcit: quod verū eſt dum probabiliter ignorat : Et
intelligo predicta de ignorantia circunſtantis q̄ ſo
la facit actum malū. Nā ex ignorantia circunſtātie
ſolū aggrauantis factū vel imptinentis ad rationē
peccati aliquid fiat:ſiue illa fuerit ꝓbabilis ſiue in
uincibilis:non excuſat a peccato vt ſi eum ꝓpter le
uem iniuriam occidam:quem ignoro eſſe patrem vł
ignorem in ipſo actu me ſimul occidendū ſi tentaue
ro aliū occidere:ꝗ̄ꝗ̄ ex ⁊ propter illā ignorantiam
fecero:nō excuſor a pctō.ſilr̄ eſt de ſciente aliqđ eſſe
pctm̄:ſꝫ qꝛ ignorat ipm̄ eſſe mortale:vult illud age-
re. Cōtra iſtud adduco ꝑgnantiſſimum medium dē
abimelech rege gerae quū ſimplicitate cordis ⁊ mū
ditia manuū ſuarū voluit Saray vxorē abrahe ſibi
ſumere vxorē poſtꝗ̄ abrahā dixerat eā ſororē ſuā eē

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Cui dicit dominus. Gen̄.xx. Ego ſcio ꝙ in ſimplici
tate cordis feceris: ⁊ ideo cuſtodiui te ne peccares
in me ⁊ non dimiſi vt tangeres eam: glo. interlin̄.j.
non peruenires ad flagitium. Et Auguſt. ibidē no
tat ꝙ in deum peccatur cum talia committunt̄ que
putant homines vel non eſſe peccata vel leuia habe
ri tanꝗ in carne peccata: ergo peccaſſet in deū Abi
melec ſi cum Saray carnale cōmercium habuiſſet:
⁊ tamen probabilius ignoraſſe videtur Sarai eē al
terius viri vxorem: ꝗ Jacob non eſſe Rachel q̄ ſibi
ſuperponebatur quod incēſo modico lumine facile
perſpicere potuiſſet. Et confirmatur auctoritate
concilij Triburicen̄. qui abſente vxore cū ſorore il
lius dormierit quā ipſe vxorē putat ſi per ſecurita
tem probauerit ꝙ inſcius fecerit hoc ſcelus debebit
penitētiam indictam perficere: ſed permittitur ipē
non illa coniugium legitimum habere. xxxiiij.q.ij.
in lectum. Ubi poſt ignorantiam probabilem dicit̄
ſcelus perpetraſſe cognoſcendo ſororem ſue vxoris
⁊ penitentia ei iniungitur: ergo ignorantia facti ꝓ
Q babilis non excuſat a peccato. ¶ Reſpondeo: dicit
Lyra in allegato cap̄. ꝙ non ſufficiēter inquiſiuit ſi
eſſet alligata viro vel non: ideo peccauit eam accipi
endo. Etiam videri poteſt ideo peccaſſe: quia habu
it vxorem aliam vt patet ex fine. ca. ⁊ volendo iſtam
ſuperducere peccauit. Sed neutra reſponſioni vide
tur bona: ex quo tertus dicit recitando verba domi
ni ꝙ ſimplici corde fecerit: pro quo videātur verba
Abimelech nū gētem ignorantem ⁊ iuſtam interfi
cies ⁊ ſubſequenter reſponſio domini: vbi Ambro.
loco verbi ſimplici habet puro: ſed nullus ſimplici
corde vel puro vult factū malū vel vitioſum immo ſi
opus exterius volitum eſt malum: volitio ipſa eſt
mala ⁊ ita non eſt ſimplex cor ſeu purum. Si igitur
duceret eā vel cognoſceret fuiſſet Abimelech pec
catum non cenſeretur a deo ſimplici corde ⁊ immū
ditia manuum ſuarum ⁊c̄. Dico igitur aliter ꝙ pec
care in verbo allegato videlicet ne peccares in me.
⁊c̄. Nō ſumitur prout dicit actum culpabilem ſeu
demeritorium cū ſimplici corde ⁊ iuſte voluerit ⁊c̄.
Sed ſumitur peccare pro facere aliquid peccato ſꝫ
exteriorem ſpeciem facti. Et ſimiliter ſumitur ſce
lus in dicto cōcilij Triburicen̄. vt vult ibi glo. ⁊ im
ponitur penitentia non pro culpa ſed ad cautelam.
Dices fortaſſe contra dicta de craſſa ignorantia di
cit Philoſoplus. v. Ethicorum. Quibuſdam inuo
luntarijs veniam dādam eſſe puta omnibus que nō
ignorantes ſolum ſed per ignorantiam facimus: nū
alijs que ignorantes facimus: nō per ignorantiam
ſed propter animi perturbationem: non naturalem
neꝗ humanam. ¶ Reſponſio. Philoſophus loquit̄
de ignorantia inuoluntaria cuius ſcilicet voluntas
non eſt poſitiua cauſa per nolle ſcire: nec primitiua
ꝑ incuriam ⁊ ſegnitiē debitā diligētiam ſciēdi non
adhibēdo. Tūc eñ̄ ꝑ ignorātiā cōmiſſa puniūtur ſi
ipē cōmittēs cauſa ignorātie videt̄ fuiſſe: vt dedu
cit Philoſo. iij. Ethicorū. de ebrijs: quibꝰ duplices
debētur increpationes cū in eoꝝ poteſtate fuerit ne
ebrij fierēt qꝺ cauſa eſt eoꝝ ignorantie. Et gn̄alit̄
dicit ignorātes aliqꝺ eoꝝ q̄ legibꝰ cōtinēt̄ ⁊ ſcire
oportꝫ nec difficilia ſunt eodēꝗ modo in alijs q̄ ꝑ
negligētiā ignorātur qm̄ in ipſis eſt ne ignorēt: po
terant enim diligentiam adhibere.

A Quo ad ſecundum principale. Primo in
quiram quid eorum ſit grauius. Secundo
ex hoc quis aliquo illorū peccatorum pec
cantium ſit magis corruptus ⁊ minus curabilis.
¶ Pro primo pono hanc concluſionem. Ceteris pa
ribus illud peccatum eſt grauius: quod plus habet
de voluntario. ⁊ inter eque voluntaria quod fit ma
iori conatu. Inter omnia vero grauiſſimum in quo
reperitur maior contemptus. Prima pars patet:
quia ratio peccati conſiſtit in eſſe voluntario qꝺ ſi
non ſit voluntarium omnino nō eſt peccatum quod
adeo manifeſtum eſt Augu. teſte: vt nulla huic do
ctorum paucitas nulla indoctorum turba diſſētiat
ergo quod plus participat de voluntario magis ha
bet de ratione peccati. Secunda pars patet: quia ſi
cut in merito conatus voluntatis auget meritū ita
in culpa maior conatus voluntatis arguit plus in
ordinatiōis ⁊ demeriti. Tertia pars patet: per illud
primi Regum. xv. Quaſi peccatum ariolandi eſt re
pugnare ⁊ quaſi ſcelus idololatrie nolle acquieſce
re quod ibi improperatur Saul pro tranſgreſſione
poſitiui mandati dei quod metu populi vt ibi patet
tranſgreſſus erat propter contemptum quem adeo
aſpernatur deus etiam in mere poſitiuis: quid igit̄
in his que ſunt iuris nature. Quod autem contem
ptus ſit extremus gradus malitie: patet Prouer
biorum. xviij. Impius cum in profundum viciorꝫ
venerit contemnit. Et Augu. dicit. Ciuitatem dia
boli perfici ex amore ſui vſꝗ ad contemptum dei.
Hinc recte dixit dominus Altiſſiodo. Si diabolo
duobus apparente in ſpecie Chriſti. vterꝗ credat
eum eſſe Chriſtum ⁊ facto mandato vt eum adorēt
vnus adoret: alter vero contemnat adorare: grauiꝰ
peccat qui adorare contemnit ꝗ is qui idololatrat:
propter hoc quia contemptus directe obuiat cha
ritati: idololatria vero magis obuiat fidei: hinc pa
tet peruerſitas erroris quem ſeminare in hac vni
uerſitate quidam non veriti: ꝙ contra conſcientiam
erroneam qua iudicatur fornicandum eſſe: licet nol
le fornicari: cum ibi manifeſtus ſit diuine legis con
temptus: quemadmodum ſi quis eum qui miles eſt
credat regem ⁊ eidem nolit regium honorem impen
dere: cenſetur non militem ſed regem contemnere.
Nec eſt ſolum error dicta aſſertio: ſed hereſis: cōtra
orthodoxe fidei veritatem: iuxta illud Apoſtoli. ad
Roma. xiiij. Omne quod non eſt ex fide pctm̄ eſt: vt
vt latius deduxi in alijs. ¶ Ex dictis infero quāto B
quis maiori virtute aut gratia eſt ꝓditus tāto pec
cat grauius: ⁊ ꝗto fortius metu aut cōcupiſcētia
quis ad peccandum īpellitur leuius delinquit ꝓmū
patet verbo Augu. lib. de penitentia. in hoc quiſꝗ
peccator fit culpabilior quo eſt deo acceptior ideo
enim Adam plus peccauit qꝛ omni bono abūdauit
de peni. diſt. v. cōſideret. Et Gre. de diabolo ait. Id
circo peccās ſine venia dānatꝰ eſt qꝛ magnus ſine cō
paratione creatus eſt: de penit. diſt. ij. principiū. Et
ſecundū patet: quia minus eſt de voluntario: vbi eſt
maior impulſus ab extrinſeco: ideo Aug. ſuadet cō
fiteri qua tētatione quoue impulſu qs ceciderit: an
vltro ſe peccato obtulerit non expectans tentatio
nem: ſed preueniens voluptatem dicto. c. conſideret.
¶ Ex his dico ꝙ inter dicta tria genera peccatorū C
peccatum ex ignorantia eſt minus graue: deiñ pec
catum ex infirmitate. Tertium vero puta peccatū
ex induſtria extremū gradum tenet malitie. Iſtud
expreſſe aſſerit Greg. peccatum: inquit: tribus mo
dis admittitur ignorantia infirmitate ⁊ ſtudio. Et
grauius quidem infirmitate ꝗ ignorantia ſed mul
to grauius ſtudio ꝗ infirmitate peccatur. De peni.



diſtinctione. ij. ſciēdum. Item ꝙ peccatum ex igno
rantia ſit minus graue ꝗ eſt peccatum ex induſtria
patet ex verbo Saluatoris. Luce. xij. qui nō cogno
uit ſupple voluntatem domini ⁊ fecit digna plagis
vapulabit paucis ſubiungitur cauſa qꝛ homini cui
multum datum eſt multum queretur ab eo: in quo
fundata eſt regula Auguſt. ꝙ minora ſunt peccata
ignorantium ꝗ ſcientium: ex qua concludit auarū
fidelem: qui ſciens ab auaritia non receſſerit vīcere
in ſcelere eum: qui neſciens hereſim incurrerit niſi
forte in hereſi ſceleris magnitudo faciat qꝺ in aua
ritia facit ſcientis admiſſio: Ut hereticus neſciens
auaro ſcienti coequetur. vj. q. j. quero quod verita
tem habet de ignorantia craſſa vel ſupina: ſed nō de
affectata. Unde Ambro. ſuper verbo Luce allega
to: ſed cum poſſent ſcire ſi vellent ſtudium adhibere
non neſcientes ſed contemptores iudicantur. quod
etiam ſit minus graue peccatum ex infirmitate: pa
tet quia eſt minus voluntarium cum voluntas non
feratur nec ferri poſſet in incognitum. In peccato
vero infirmitatis voluntas deducitur in conſenſū
eius quod ſub circunſtantijs illis que cognoſcunt̄
eſt illicitum: ergo in peccato ex ignorantia eſt minꝰ
de voluntario ⁊ ita minus de cōtemptu. Quod etiā
peccatum ex induſtria ſit vtroꝗ grauiꝰ patet: quia
in ipſo eſt maximus contēptus diuine legis: magis
enim contemnit qui ſciēter contrauenit ꝗ is qui ex
ignorantia. ¶ Contra iſta videtur ꝙ peccatum ex
malitia nō ſit grauius alijs. ¶ Primo quia eccleſia
ſtici. xlij. dicitur. Melior eſt iniquitas viri ꝗ mulier
benefaciens: ſed per virum tropologice videtur in
telligi ſciens ſeu noſcens diſtantiam boni ⁊ mali ⁊c̄.
¶ Et cōfirmatur quia fortius impellitur quis ab
habitu ꝗ a paſſione ſed vbi eſt maior impulſus eſt
minus peccatum. ergo. ¶ Preterea vbi eſt maior
ignorantia eſt minor contemptus ⁊ minus de volū
tario: ſed maiori ignorantia laborat peccans ex ma
litia ꝗ peccans ex infirmitate ergo. Minor patet
quia habet ignorantiam finis immo malam eſtima
tionē de fine qui eſt principium in operatiuis: vt pa
tet ex. iij. vj. vij. Ethicorum ergo. ¶ Item videtur
peccatum ex infirmitate minus graue ꝗ ſit peccatū
ex ignorantia. Primo quia dicitur ſapientie. iiij. in
conſtantia concupiſcentie tranſuertit ſenſum ſine
malitia ergo omnino excluditur culpa per ſuperue
nientem concupiſcentiam ſeu paſſionem. ¶ Et con
firmatur quia malum quod fit cōtra voluntatē ca
ret inordinatione culpe ſed paſſio facit operari ma
lum contra voluntatem iuxta illud apoſtoli ad Ro
manos. vij. quod odi malum illud facio vbi etiam di
cit legem membrorum ſe captiuum ducere in legē
peccati. Et hoc ipſum experimētaliter patet in his
qui contranitentes vehementiam doloris aut volu
ptatis ſuperantur quemadmodum riſum tenere co
nati accumulatum emittunt: quibus dicit philoſo
phus. vij. Ethicorum veniam dandam eſſe. Prete
rea ignorantia eſt peccatum diſtinctum: infirmitas
vero non eſt peccatum licet ad peccatum inclinet er
D go ignorantia potius aggrauat culpam ꝗ alleuiat.
¶ Reſpondeo ad primum vir ibi ad literam ſumitur
pro homine maſculini ſexus ⁊ dicitur iniquitas eiꝰ
melior eſſe alijs eo genere loquēdi quo minus malū
dicitur melius pro tanto. ſ. quia minꝰ periculoſus
eſt vir iniquus cohabitans ꝗ mulier benefaciēs vn
de premittitur ibi in medio mulierum noli cōmora
ri de veſtimētis enim procedit tinea ⁊ a muliere ini
quitas viri nec dicitur ibi abſolute ꝗ mulier benefa
ciēs ſed additur ⁊ confundēs in opprobrium. Tro
pologice poteſt vir ibi diſcretus aliquis ⁊ ſtrenuꝰ
qui ex caſu occaſionaliter fortius agit vt ibi abūda
uit delictum ſuperabundet gratia. mulier vero in E
diſcreta que ex benefacto ſumit occaſionem pecca
ti puta ſuperbie ⁊c̄. Ad confirmatiōem dico vbi eſt
maior impulſus ab extrinſeco cuiꝰ ſcilicet volūtas
non eſt cauſa peccatum eſt minus: inclinatio autem
habitus procedit a voluntate: vnde quemadmodū
paſſio concitata voluntarie vel preter intētum con
comitans non alleuiat peccatum: ſed ſolum paſſio
antecedens ita habitus quia non minuit rationem
voluntarij non minuit peccatum: vel dicunt quidā
habitus non inclinat poſitiue impellendo ſed ſolum
operationem magis delectabilem ⁊ quaſi connatu
ralem reddendo. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ illa igno F
rantia qua laborat malus ſeu peccans ex induſtria
eſt ignorātia electionis vt dicitur. iij. Ethi. ⁊ illa nō
minuit peccatum ſed ſolum que ſe habet antecedē
ter vt inductiuum ad electionem. Etiā licet malus
ignorat ⁊ errat errore practico iudicādo aliquid fa
ciendum tertio modo prius poſito in prima particu
la: vtiꝗ tamen eſt ſciens inhoneſtatem ſeu culpam ⁊
demeritum facti ⁊ ſic ignorantia eum non releuat.
¶ Ad primum quo probatur peccatū ex infirmita G
te minus eſſe ꝗ ex ignorantia. Reſpōdeo ꝙ malitia
nō capitur ibi vt idē ſit ꝙ peccatum ſeu culpa mor
talis ſed ſpecialiter vt dicit habitum vel actum pec
cati electionis ſeu de induſtria ⁊ ſine illa malitia bñ
tranſuertitur ſenſus per concupiſcētiam vt vult au
ctoritas. ¶ Et ad confirmationem dico: apoſtolus
ibi loquitur de malo pene non culpe: vnde dicit ibi
dem iam non ego operor illꝺ ſed quod habitat in me
peccatum concupiſcentia inflicta nature ex origina
li peccato immo generalis regula doc. eſt ꝙ motus
paſſionum ⁊ membrorum ꝗdiu ſunt inuolūtarij ca
rent culpa ſeu peccato: Et per idē dico ad philoſo
phum. vij. Ethi. ꝙ ille motus exterior inuoluntariꝰ
caret inordinatione peccati ſeu mortalis culpe: qui
dā vero exponūt apoſtolum referēdo odium ⁊ oꝑa
tionē ad diuerſa vt ſit ſenſus quod odi priꝰ victus
cōcupiſcentia poſtea operor: ſed primum videt̄ ma
gis de intentione apoſtoli: propterea que ſubiungit
iam ego non operor illud ⁊c̄. ¶ Ad ſecūdum dico ꝙ
ignorantia ſolum habet rationem peccati: ratione H
omiſſionis qua quis omittit debitam diligentiā ad
ſciēdum adhibere: ⁊ licet ratione illius omiſſionis
minuat peccatum: ipſa tamen ignorantia in ſe quia
minuit de voluntario etiam minuit de ratione pec
cati: nec eſt etiam inconueniens ꝙ vnū peccatū mi
nuat aliud vt voluntaria euagatio in dicendis horis
minuit peccatum omittendi aliqua que ſunt de ordi
nario ex quo eſt minor cōtemptꝰ ꝗ ſi ſcienter omit
teret: immo ipſa ignorantia etiam in ratione pecca
ti ⁊ actus qui ex ea fit: non equiparantur in malitia
peccato quod fit de induſtria.

AD vidēdū quod eorum arguat in homi
ne magis corruptū eſſe ⁊ minꝰ ſanabile I
pono hanc ꝓpoſitionē. In eo eſt maior
corruptio q̄ ſine īpellēte eligit malū ꝗ
in patiēte īpulſū: ⁊ int̄ īpulſos apꝺ illū
eſt maior corruptio: qui pluribus p̄ſidijs vallat̄ ad
reſiſtēdū vel vīcēdū. ¶ Prīa ꝑs pꝫ qꝛ qui ſine onere
curue ambulat qꝺ faceret oneris faſce p̄ſſus: ⁊ q̄ ſi
ne ira ꝑcutit qꝺnā faceret iratꝰ: ergo deteſtabilius

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt ⁊ magis corrupti hominis ſine impulſu peccare. R Secunda pars patet: quia talis facilius poſſet vincere ſeu reſiſtere. Ex quo ſequitur ꝙ peccans ex malicia eſt magis corruptus: quia ſine perturbatione ⁊ impulſu paſſiõis appetit malum. Et talis habet errorem cõtrarium principio practico: quo iudicat finem malum proſequendum eſſe quod non contingit in peccante ex infirmitate vel ignorantia: licet eñ in illis quandoq; intermittatur principiũ practicũ agendi etiam vniuerſale: non tamen habent contrarium errorem ſicut malus. Et ſic patet quare intemperatus peior eſt ꝙ̃ ſit incontinens. Unde intemperatum comparat ydropico vel tiſico continua ſcilicet egritudine laboranti: incontinentem vero epilẽtico: qui ſolum certis temporibus patitur. ¶ Ex ſecũda parte patꝫ: ꝙ incõtinẽs ꝑ temeritatẽ ſeu ꝑuolationẽ: cuiuſmodi ſunt melancolici: aut colerici: q̃ impetu paſſionis ducũtur vt nec cõſultẽt de agendo ſed fantaſiam ſequũtur: minꝰ corruptꝰ eſt ꝙ̃ incõtinẽs per infirmitatem q̃ ſcilicet titillatus paſſiõe ab initio non vehementi conſultat de agendo ſed concluſo per conſultationem non immanet quia paſſioni inualeſcenti quã nõ reprimẽdo cenſetur auxiſſe tãdẽ cedit quia ille plura preſidia habet vincendi ⁊ reſiſtẽdi. Et eſt quaſi ciuitas opportunas ⁊ optimas leges habẽs: ſed legibus non vtitur. Et hic difficiliꝰ curatur: quia maximum principium reducẽdi a malo eſt ratio cui ipſe non immanet. Unde Heſiodus. Optimus ille quidem qui ꝑ ſeſe oĩa noſcẽs. Preceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Ille bonꝰ rurſum monitus qui recta ſequatur. Qui aũt nec ipſe
L intelligit nec alium audiens in animo ponit hic nulla in parte vtilis eſt: quãto igitur magis inutilis q̃ per ſe ſufficienter inſtructus cõſultato non inheret. Nec tamen ſequitur ſi diſcedere a ratione ſit malũ: ꝙ ergo ſemper immanere ſit bonum cũ reperiantur quidam dure ceruicis agreſtes ⁊ indiſciplinati qui ſuas opiniones ſemper ſequuntur: ⁊ ab alijs ſe perſuaderi non ſinũt. Quia aliud eſt immanere opiniõi propter vim ⁊ efficaciam rationis: quod vtiq; laudabile eſt: aliud vero immanere propterea quia ſibi nimium placens vehementer diligit propria: ⁊ gaudet ſuam opinionem poſſe preualere: doletq; ſi irritetur aut ſpernatur ab alijs. Nã ibi nõ amor veri aut boni dominatur in opere: ſed propria voluptas aut dolor: ⁊ ita talis incontinenti magis eſt ſimilis ꝙ̃ cõtinẽti. Unde Seneca ad Lucillũ in epiſtola. Maximum preſtat nobis ad virtutem impedimentum ꝙ cito nobis placemus. Sequitur etiam ꝙ magis corruptus eſt ⁊ deteſtabilior qui dolori cedit ꝙ̃ is qui voluptate ſuperatur. Cuius ratiõem dat Philoſophus: quia facilius eſt reſiſtere quod in dolore req̃reret ꝙ̃ vincere qđ in concupiſcentia opprimit. Etiã dolor palam aggreditur voluptas vero latẽter inſidiatur nec ſolum quantum ex eis eſt ſunt minus curabiles qui potioribus bonis prediti non precauẽt peccatum verum auxilium gratie diuine magis a ſe elongant. Eſaie. v. dicit dominus de vinea quam ſtudioſe enutrierat ſepem circũdando ⁊ turrim ponendo in medio nihil omittẽs eorum que facere debuit que dum pro vuis faceret labruſcas inquit: auferã ab ea ſepem ⁊ erit in direptionem. i. munimẽ gratie quo retrahi debuit a peccato. Unde ⁊ ſepe aufert propter peccata populi correptionem a predicatore. Ezechielis. iij. Sed ⁊ liguam tuam faciam adherere palato tuo: ⁊ eris non quaſi vir obiurgans: ⁊c̃.

Et Apocal. iij. Utinam calidus eſſes aut frigidus id eſt amore ſeruares precepta vel ſaltẽ timor te cohiberet a peccato: ſed quia tepidus es: id eſt neutro modo reuocaris a malo incipiam te euomere de ore meo: id eſt excludere a cuſtodia ſingularis protectiõis mee: patꝫ ergo ꝙ ĩter ꝑdicta: peccatũ malicie eſt corruptiſſimi hominis ⁊ minus curabilis: deiñ infirmitatis ⁊ infimũ gradũ tenet peccatũ ex ignorãtia.

¶ Argumentum Quodlibetarij.

¶ Arguit dominus Quodlibetarius ſic: illud peccatũ eſt grauiꝰ quod a deo punit̃ acerbius: ſed peccatũ qđ fit maiori libidine punitur acerbius a deo: ergo eſt grauius. Et vltra peccatum ex ignorantia fit maiori libidine: ergo eſt grauius ꝙ̃ peccatum ex induſtria: maior primi diſcurſus patet: quia vt dicit Hieronym. abſq; dubio ſceleratius eſt commiſſum: quod a deo conſtat grauius eſſe vindicatum. xxiiij. q. j. non afferamus. Et minor patet per illud Apo. xviij. Quantum glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit tãtum date ei de tormento. Et antecedens ſecundi diſcurſus patet. quia in peccato ex induſtria eſt remorſus rationis. Unde dicit Philoſophus. ix. Ethicorum. Plenitudie replentur mali eo ꝙ hoc quidem huc trahat ⁊c̃. Ex ignorantia vero fit ſine omni remorſu: ergo maiori libidine: ergo eſt grauius. M

¶ Reſpõdeo ad probationem minoris: ꝙ verum eſt ceteris paribus peccatum quod fit maiori libidine acerbius punitur: quia eſt magis voluntarium: ſed vt dixi grauitas peccati attẽditur penes tria: ex ordine ſcilicet voluntario conatu ⁊ contemptu: nam exceſſus ſecundi plꝰ grauat ꝙ̃ exceſſus primi: ⁊ ſuper omnia maxime grauat maioritas ſeu exceſſus cõtẽptꝰ. Quia ergo in peccato de induſtria eſt maior contẽptus non obſtante ꝙ in peccato infirmitatis vel ignorantie fuerit maior libido: peccatũ malitie ſeu de induſtria eſt grauius.

¶ Prima queſtio ſine argumentis.

Ropter quid dicit Apoſtolus. Omnis qui lactis eſt particeps: expers eſt ſermonis iuſtitie: cum plures lacte veſcantur: ad iuſtitiam tamen diſcernendam acutiſſimi. ¶ Pro huius ſolutiõe vt intelligẽtia dictorum ex cauſis pateat dicendi commemorãda eſt ratio quam ſubiungit: ſcilicet paruulus enim eſt paruulus inquam id eſt iuuenis moribus. Nihil enim refert etate quis an moribus iuuenis ſit: quoniam vt dicitur primo Ethicorum. Non a tempore defectus eſt: ſed in viuendo ⁊ proſequendo ſingula ſm̃ animi perturbationem: ſicut centenariꝰ puer dicitur Eſaie. lxv. Puer enim centum annorũ morietur ⁊ maledictus erit econtrario probitas morũ computatur pro ſenio. Sapientie. iiij. Senectus venerabilis eſt non diuturna: neque annorum numero computata: ſed etas ſenectutis eſt vita immaculata. Paruulus ergo: id eſt iuuenis moribus expers eſt ſermonis iuſtitie: quia indebitũ eſt vt tali ſermo iuſtitie quo bonum a malo diſcernit̃ miniſtret̃: Carnalibus enim vt vult Apoſtolus non poſſunt ſecretiora dei mandata vulgari. j. ad Corinthi. iij. Nõ potui vobis loqui tã̃ꝙ ſpiritualibꝰ ſed tã̃ꝙ paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam: nondũ enim poteratis: ſed nec adhuc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. hoc probans ſubdit. Cum enim ſit inter vos zelus ⁊ contentio: nõne carnales eſtis ⁊ ſm̃ hominem ambulatis. Ubi poſſe ſe negat. quod vtique poterat per potẽtiã: ſed quia nõ potes- A



rat ꝑ iuſtitiam iure non potuit: ⁊ ita ſe poſſe negat. Hinc amos. v. dicitur: hoſtes iuſti accipientes munera ⁊ pauperem in porta opprimẽtes. Ideo prudẽs in tempore illo tacebit quia tempus malum eſt. Ex quo ſumptum videtur illud Hiero. cum in tantum doctorum rabies proceſſerit vt accipiant preciũ in iudicio ⁊ omnia pro muneribus faciant. taceat vir eccleſiaſticus ⁊ prudens: ne det ſanctum canibꝰ qui conuerſi ⁊c̃. Imitetur Hieremiam dicẽtẽ ſolus ſedebã: quia amaritudine plenus eram. xj. q. iij. qñ ꝗ. ¶ Prauis enim ⁊ peruerſis hominibus ſermo iuſti
B tie non vtilitatem ſed detrimentũ. Uel etiam paſſione aut malicia excecati nequibunt cõtra ſuas affectiones aſſentire veritati quomodo. j. ad corint. ij. dicitur animalis homo non ꝑcipit ea que ſunt ſpiritꝰ ſtultitia eſt enim illi: ⁊ non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Et Joan. v. quõ poteſtis credere qui gloriam ab inuicem accipite ⁊ eam que a ſolo deo eſt nõ queritis. vt enim vidẽti per vitrum rubeum apparent ſingula rubea ita fortiter affecto ſolum ea vidẽtur que ſunt appetitui ſuo cõformia. Uel ſcđo non adeo cecati ſunt quin veritatem intelligant: ⁊ propter indolem bonã cum gaudio ſuſcipiunt: ſed quia temporales ſunt orto ſole tribulationis veritas in eis: vel depit vel certe deterius ſcientes impingunt ꝙ̃ ſi ignorarẽt: ipſi enim ſunt petra ſupra quam ſemẽ iactum radicem capere non põt: ⁊ ideo ardore ſolis facillime areſcit. Matthei. xiij. ⁊ Luce. viij. ad tempus credunt ⁊ in hora tẽtatiõis recedunt. Uel tertio veritatem intelligunt: ſed veritas non offendit: ⁊ merore eam percipiunt quemadmodum namq; oculis egris odioſa eſt lux: Ita malis hominibus plurimum diſplicet veritas ⁊ prouocantur ſepe agere deteriora. Sapien. ij. circumueniamus iuſtum: quoniam inutilis eſt ⁊ contrarius opibus noſtris: improperat nobis peccata legis ⁊ infamat in nos peccata diſcipline nr̃e. grauis eſt nobis etiam ad vidẽdum quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. Quodlibet autẽ horum trium modorum ſermo iuſtitie eis miniſtratus culpã grauat ⁊ cumulat penã: culpã grauat qꝛ ſciẽti bonum ⁊ non facienti peccatum eſt illi. Jacob. iiij. non ſciẽtes autem propter cordis prauitatem quo ad hoc ſciẽtibus equãtur. cum hoc ſit oculos claudere ne videãt quod vtiq; deteſtabile eſt: ⁊ non releuat a pctõ de quo Eſaie vj. ⁊ Matthei. xiij. Cumulat etiam penã quia grauior erit damnatio quanto pluribus preuẽti fuerit dei beneficijs Matthei. x. qui non receperũt ſermones veſtros glo. i. eis non obedierint exeuntes de domo vel ciuitate illa excutite puluerem de pedibꝰ veſtris in teſtimonium illis. Amẽ dico vobis tollerabilius erit terre Sodomorum ⁊ Gomorreorũ ꝙ̃ ciuitati illi. Quando igitur aqua fauces ericcat qđ adhuc oportet bibere. vt. vij. Eth. Qñ d̃ſciẽtia culpam auget: ⁊ a malo non reuocat quid tales oportꝫ de bono ⁊ iuſto inſtituere. ¶ Omnis ergo qui lactꝫ
C eſt particeps expers eſt ſermonis iuſtitie: quoniam ei vtiliter nõ miniſtratur: quã diu vicio laborat. Poterit tamẽ tandẽ ei vtilis fieri ſi vel penarum metu aut formidine dedecoris ꝑductus fuerit in vere honeſtatis amorem: vt eñ agrum colere oportet q̃ ſit ſemina nutriturus: ita animũ noſtrum oportet moribus ⁊ conſuetudine bonorum inſtituere vt demũ illa agat virtutis amore: quod perfectorum eſt: quorum dicit apoſtolus ſolitum eſſe cibum qꝛ pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ

boni ac mali pro conſuetudine inquam no audiendi tantum quod paruulis commune eſt ſed faciẽdi qđ eſt agri iam cultui ⁊ in virtutis amore inſtituti.

¶ Secunda queſtio ſine argumentis.

Ropter quod propheta orat timore cõfigi carnes ſuas cũ oĩe opꝰ timore factũ peruerſum cenſeat ⁊ dignũ vituperio ¶ Hec q̃ſtio ꝓpterea difficultatẽ habere videt̃. Quia dicit Augu. q̃ ex timore facit ꝑceptũ aliter q̃ꝫ debet facit ac ꝓpterea non facit: ⁊ ponitur inter regulas iuris in anti. Et exẽplariter hoc docet in eo q̃ omittit furari ne iudicetur quẽ dicitur in corde reum furti teneri de peni: diſt. j. ſi propterea. Etiam philoſophus. iij. Ethi. inter quinq; modos apparentis fortitudinis: que non eſt vera virtus: ponit hos primos dum ciuis ſubeat periculũ ꝓpter infamiã ⁊ honorem puta honoris gratia ⁊ ob fugiendam vituperationem. Uel ſecundo dum penarum metu aliqui pericula ſubeãt. Militum enim conſuetudo eſt retrocedẽtes ad aciem cogere: quos ideo dicit deteriores primis: quod nõ pudore ſed metu adducti id agant. Nec dedecus fugiunt ſed penam vbi apertiſſime dicit eum actum qui propter timorem fit inordinatum eſſe ⁊ malum. ¶ Contra videtur eſſe verbũ Apoſto ad Philippenſes. ij. Cum metu ⁊ tremore operamini veſtram ſalutem ⁊ pſal. ij. Seruite domino in timore ⁊ exultate ei cum tremore: vbi tremor magnitudinem timoris indicat. Similiter Gregorius tractans illud Deuteronomij. xxiiij. non accipies loco pignoris inferiorem ⁊ ſuperiorem molam dicit ſuperior ⁊ inferior mola ſũt ſpes ⁊ timor. ſpes ad alta ſubuehit: timor autem cor inferius premit vna mola ſine altera inutiliter habetur quia incaſſũ miſericordiam ſperat: ſi iuſtitiam non timeat ⁊ incaſſum metuit qui non confidit: ergo licitum videt̃ propter penam ex dei iuſtitia infligẽdam actus preceptorum facere. ¶ Pro ſolutiõe dico. ꝙ timor po- B teſt in aliquo eſſe cauſa actus dupliciter. Uno modo ratione ſui ⁊ quoad propriam ſubſtantiam excitãs quodammodo hominem ad ſollicitudinem operandi: quod ſine timore non faceret quomodo hilarior factus ex vino aliqua donat: que alias nullo modo donaret. Et ſic timore pene facere actum precepti nihil inordinationis arguit. Similiter exponit glo. illud apoſtoli. j. ad Corinthios. ix. debet in ſpe qui arat arare: ⁊ qui triturat in ſpe fructus percipiẽdi gloſ. in ſpe: non pro ſpe. Alio modo ratione obiecti timoris vitandi: vt ſcilicet vitatio mali: quod metuitur ſumatur pro fine operis. Et ſic quicquid fit ex timore mali pene eſt peccatum. Nam ſicut honor diuitie voluptas: ⁊ ſimilia non ſunt apti vel decẽtes fines actuum virtutis ita nec vitatio pene. Sed vitatio culpe ſeu diuine offenſe eſt rectus finis opuꝫ virtutis ⁊ ita ex illo timore etiam propter culpe vitationem vt finem licet diuina mandata perficere. Ex iſto patet pro ſcrupuloſis via rectificandi ſuaꝫ intentionem ⁊ euadendi anxietatem an ſatiſfecerit precepto cum ſe ſentiunt timore motos vt facerẽt. Quia vt in libertate voluntatis eſt ipſum velle ita preſtituto cuiuſcunq; finis actu apprehenſi ſeu cogniti. Quamquã ergo vehementer timeam ſi velut ſolum actum precepti facere eo modo quo deo placet ⁊ non cupiant pene vitationẽ pro fine opis: vtiq; ſecuri ſunt. ⁊ ꝑ idẽ cognoſcere pñt ſi in ꝑterito excesserint an nõ: ea ṽo q̃ ex Aug. adducta ſunt pro

Universidad de Deusto Biblioteca



oppoſito: procedunt cum propter timorem vitatio
mali quod metuitur prefigitur finis operis. Pro⸗
pheta vero orat carnes ſuas diuino timore configi
primo modo. Ut videlicet ca nalibus deſiderijs re⸗
preſſis ſeu ſemotis deo valeat ſincera mente famu⸗
lari. ¶ Quodlibetica Queſtio Quinta eiuſdem
reuerendiſſimi in Chriſto patris: domini: ac Magi
ſtri noſtri Hadriani Florentij de Traiecto: Sacre
Theologie profeſſoris erudititiſſimi: epiſcopi Dar⸗
thuceñ. Cardinalis titulo beatorum Joannis ⁊
Pauli martyrum: ac inſignis acadamie Louanieñ.
Cancellarij multo digniſſimi. Anno a ſalute huma
na. 1495. in ſcholis artium eiuſdem ſtudij ab ipſo
diſputata.

Inter ceteras propoſuit mi⸗
hi dominus Quodlibetari'
hanc queſtionem principa⸗
lem. Utrum ſacerdos conſu
lens de articulo ac iuſto la⸗
bore decimas ſolui non opor
tere: poſſit ſine graui dolore
peccati: indulgentiam pro⸗
mereri. ¶ Hec queſtio duo
ſupponit ⁊ tertium querit.
¶ Primum ſuppoſitum eſt ꝙ non ſoluens decimas
perſonales: decimam videlicet partem prouentum
de ſuo labore vel induſtria peccat. Secūdū ꝙ idipm
conſulens etiam peccat. Tertium vero quod in du⸗
biū reuocat eſt. An de mortali peccato poſſit quiſſi
ne graui dolore peccati veniā promereri. ¶ In quo
rum deciſione quia fides tanget ⁊ materia morum
nihil intēdo pertinaciter aſſerere quicquid dictur'
ſum: ſubmitto correctioni ſacroſancte ſedis apoſto
lice: ac omnium q ui errātē poterunt veritatis ſemi
tam edocere. ¶ Quoad primū vt euidētius veritas
eluceat: quāta breuitate potero motiua ꝑſtringā
dominorum canoniſtarum: quibus inducti ſūt dice
re: veras decimas ꝑdiales ⁊ ꝑſonales a quocūꝙ de⸗
beri: Et ſunt tria quib' videlicet probant decimas
tam prediales ꝙ̄ perſonales diuino iure d beri ⁊ er
go neminem ꝑ ignorantiā excuſari. iuxta il'ud apo⸗
ſtoli: ignorans ignorabitur. prime ad Corinth. xiiij
Itē xxxviij. diſti. ꝑ totum ⁊. j. q. iiij. turbatur. §. no⸗
tandum: ⁊ eadem ratione. neꝙ in toto neꝙ in parte
poſſe preſcribi. Primum ꝑ textus ſcripture ſacre
Nam Geñ. xiiij. legitur Abraham dediſſe decimas
omnium ſacerdotū dei excelſi ſcilicꝫ Melchiſedech
regi Salen. vt etiam cōmemorat apoſtolus ad He⸗
breos. vij. Item Gene. xxviij. Uouit Jacob deo: ſi
proſpere reuerſus fuero in domum patris mei cun⸗
ctorum que dederis mihi decimas offerā tibi. Item
Leuit. vlti. Omnes decime terre ſiue de frugib' ſi⸗
ue de pomis arborum domini ſunt ⁊ illi ſanctifican
tur. Item numeri. xviij. Filijs Leui dedi omnes de
cimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio quo
ſeruiūt mihi in tabernaculo federis. Itē Exo. xxij
Decimas ⁊ primitias tuas nō tardabis offerre: pri
mogenitū filiorū tuorū dabis mihi: de bobus quoꝙ
⁊ ouibus ſimiliter facies. Et ex eius obſeruatione
multiplicat deus fructus terre ſcḋe Paralip. xxxj
Poſt ꝙ̄ ad preceptum regis Ezechie dediſſent par
tes ſacerdotibus ⁊ obtuliſſent omnium que gignit
hum' decimas ⁊ primitias ſupererant plurima eo
ꝙ benedixiſſet dominus populo ſuo. Item Eccleſi⸗
aſtici. xxxv. Bono animo gloriam redde deo ⁊ nō mi
nuas primitias manuū tuarum: in omni dato hila⸗
rem fac vultum: ⁊ in exultatione ſanctifica decimas
tuas da altiſſimo ſcḋm donatum eius. Item Mala⸗
chie. iij. In penuria vos maledicti eſtis ⁊ confugi⸗
tis me tota gens. inferte omne decimam in horreuꝫ
meum ⁊ ſit cibus in domo mea: ⁊ probate me ſuper
hoc dicit; dominus ſi non aperuero vobis chatara⸗
ctas celi: ⁊ effudero vobis benedictionem vſq; ad
abundantiam: ⁊ increpabo pro vobis deuorantem.
⁊ non corrumpet fructus terre veſtre: neꝙ erit ſte⸗
rilis vinea in agro dicit dominus exercituum. Itē
Matthei. xxiij. Ue vobis Pharifei ypocrite: qui
decimatis mentā ciminum ⁊c. ⁊ reliquiſtis que gra
uiora ſunt legis: Judicium miſericordiam ⁊ fidem
hec oportuit facere ⁊ illa non omittere: duces ceci
⁊c. ⁊ Luce. xj. Cum idem repetitur dicit glo. inter⸗
linearis. Aliam literam habere oportet. Item lu⸗
ce. xviij. Do decimas omnium que poſſideo. Item
Matthei. xxij. Reddite que ſunt Ceſaris ceſari: ⁊
que ſunt dei deo. Et Matthei. v: Niſi abundauerit
iuſtitia veſtra. plus ꝙ̄ ⁊c. Sed eorum iuſtitia erat:
de omnibus decimas dare: ergo ⁊c: Ex quibus ma⸗
nifeſte concludi videtur ꝙ integre decime tam ꝑſo⸗
nales quam ꝑdiales debētur iure diuino. Unde mi
ratur Innocē. ſuꝑ rubrica de decimis ꝙ quidam vt
inſani ⁊ heretici audēt dicere ꝑſonales non eſſe in
obligatione iuris diuini: cum expreſſe habeatur con
tra Numeri. x. in fine ⁊ Deuteronomij. xij. in princi
pio. Et maior eſt ratio ꝙ quis det deo tributū ex il
lo quod producit manus ꝙ̄ quod producit humus
¶ Secundum: quia doctores ſancti diuino iuri ſo⸗
lummodo innitentes dicunt decimas etiam perſo⸗
nales quoad veram quotam decime eſſe in obligatio
ne: ergo ⁊c. Antecedens patet. Primo de Hiero
nymo. cū exponit illub Malachie. iij. Reuertimini
quādo fames inquit: penuria ⁊ egeſtas omnium re⸗
rum mundum opprimit: ſciamus hoc ex ira dei de⸗
ſcendere: qui in pauperibus (ſi non accipiat elemo⸗
ſynam) ſe fraudari loquitur: ⁊ ſuas poſſeſſiōes poſ
ſumus decimas ⁊ primitiuas interpretari. xvj. q. j.
reuertimini. ¶ De Auguſti. Si tardius inquit deci
mam dare eſt peccatum: quanto magis non dediſſe
de militia de negotio de artificio redde decimas cū
enim decimas dando ⁊ celeſtia ⁊ terrena premia poſ
ſis promereri pro auaritia duplici benedictione
fraudaris. Hec enim dei iuſtiſſima conſuetudo eſt:
vt ſi tu illi decimam non dederis: tu ad decimam re⸗
uoceris. Dabis impio militi quod non vis dare ſa⸗
cerdoti. Et infra decime ex debito requiruntur qui
eas dare noluerit: res alienas inuadit ⁊ quanti pau
peres in locis ſuis vbi ipſe habitat illo decimas nō
dāte mortui fuerint tantorum homicidiorum reus
añ eterni iudicis tribunal apparebit quia rē a deo
pauꝑibus delegatam ſuis vſibus reſeruauit. xvj. q. j
decime. Et propterea dicit maiores noſtros copijs
omnium rerum abundaſſe: quia deo decimas dabāt
⁊ Ceſari cenſum reddebant. Modo quia ceſſat de⸗
uotio dei acceſſit indictio fiſci. Nolumus cum deo
partiri decimas modo tollitur totum: hoc tollit fiſ
cus quod non accepit chriſtus. xvj. q. vij. maiores.
¶ De Ambro. patꝫ: qui fideliter inquit decimas nō
dederit modo emēdet quod minus fecit. Fideliter
dare nec eſt min us nec peius aliquando offerre de
vino de grano de fructibus arborum aut pecorib'
de orto: negotio: de ipſa venatione tua: eadem cau⸗
ſa ⁊. q. quecunꝙ. ¶ De Gregorio. Jubemur inquit
omnipotenti deo oīm bonorū noſtroꝝ decimas dare



de conſecra. diſtinc. v. quadrageſima. Que omnia in
diſtincte declarant integras decimas tam perſona⸗
les. ꝙ̄ prediales eſſe in obligatione. hinc glo. diſtinc.
c. quicunꝙ dicit: neꝙ perſonales neꝙ prediales deci
mas preſcribi poſſe in toto: vel etiam in parte: quia
iure diuino ſunt debite. Et glo. de decimis ca. j. lib.
vj. repulſa opinione Hoſti. (qui ſecutus Hug. dixit
prediales iure diuino eſſe debitas: perſonales vero
iure humano. iuxta ca. in aliquibus deci. vbi dicitur
ille quippe decime neceſſario ſunt ſoluende: que de
bētur ex lege diuina vel loci conſuetudine approba
ta: adheret illic glo. opinioni Innocētij q̄ hoc exe⸗
cratur tanꝙ̄ tutiori: ⁊ pro eo dicit illā tenēdā eſſe:
de peniten. diſtin. vij. nullus ſcḋo. Idem ad longum
ꝓſequitur Joā. An. in regula qui prior eſt. Domi⸗
nus Antho. in ca. parochianos: ⁊ Panormi. in ca. in
aliquibus de deci. ¶ Ad tertium quia ſummi ponti
fices ⁊ conſilia vniuerſalia dicunt decimas iure diui
no deberi: ergo cōtra omnes Theologos etiam do⸗
ctores ſanctos illi eſt ſtandum per. c. de libellis. xx.
diſt. ⁊. c. per venerabilē qui filij ſunt legitimi. Pro
pter quod Panor. ꝙ̄ ꝙ̄ ſibi vehemēter placeret opi
nio Theologorū ne tanta multitudo damnetur ab
illa nihilominus finaliter recedit diſt. c. in aliquib'.
Et dominus Antho. di. c. parochianos dicit ſe mul
tos cōſuluiſſe peritiſſimos theologos: ſed nullus ſi
bi de hoc formauit cōſcientiā. Sed melius dicit cre
dēdū eſſe quatuor doctoribus ⁊. c. tua nobis. Uñ ne
ſcio inquit quid dicam: niſi ꝙ omnes damnamur nō
ſoluendo. Et antecedēs inducūt: quia. c. parochia⸗
nos eo ti. dicitur: cum decime non ab homine: ſed ab
ipſo deo ſint inſtitute: quaſi debitū exigi poſſūt: vbi
glo. notat ly. quaſi. exꝑſſiuū veritatis non notam ſi⸗
militudinis: ſicut nos dicimus: quaſi vnigeniti a pa
tre ⁊c. Itē cap. non eſt dici t. ſancti patres in ſuis
ſcripturis tradiderunt de vino ⁊ grano fructib' ar
borum pecoribus: orti negotiatione: de ipſa militia
venatione ⁊ omnibus decime: ſoluende ſunt mini⸗
ſtris eccleſie: vt qui de his eas ſoluere neglexerit: ec
cleſiaſtica diſtractiōe debeat percelli. Item. c. tua
nobis dicitur. Dominus in ſignuꝫ vniuerſalis domi
nij precepiſſe decimas ſibi offerri: ꝙꝙ intātū ſit deo
debita ſolutio decimarum: vt ad eas clericis exhibē
das: quib' pro ſuo cultu cōceſſit: laici ſi moniti non
reddiderint: eccleſiaſtica ſint diſtrictiōe cogēdi. Et
ibidem ꝙ de cūctis oīno prouētibus decime. Quia
in ſignum vniuerſalis dominij domin' ſibi decimas
reſeruauit: generale conciliū eccleſiarum diſpēdijs
conſulere volēs ⁊ periculis occurrere animarū ſta⸗
tuit: vt ante cenſus vel tributi deductionem decime
perſoluantur: vel illi ad quos cēſus huiuſmodi vel
tributa indecimata peruenerint cogantur ⁊c. Quo
tex. Hoſteñ. in ſummo titulo de decimis. §. vtrū pre
ſcribi poſſunt putat euidenter conſtare: ꝙ ſint iuris
diuini. Et miratur ſi aliquis magiſtroꝝ audebit dif
finitioni vniuerſalis conſilij cōtraire: cū ſint vt qua
tuor ſancta euangelia veneranda. xv. diſt. ſicut ſācti
euāgelij. c. de ſum. tri. ⁊. fi. Et ꝙ̄uis iura de iſto cōſi
lio generali non loquantur eadem tamen vniuerſa⸗
lis eccleſia: que errare non poteſt iſtud cum alijs fe⸗
A cit. Et ita quod de vno dictum fuerit de alio intelli
gitur iuxta. c. traſlāto de conſtitutionibus. ¶ Pro
huius ſolutiōe vt depulſis nebulis clarius veritatē
intueamur duo inquirā. Primo an ius diuinū quo
de ſolutione decimarum cauetur hodie ſit in obli⸗
gatiōe: an amiſerit vim ſuā obligādi. Tertium quia



decime perſonales ⁊ prediales iure humano ſunt de
bite an peccat qui eas cum integritate nō ſoluerit.
Quoad primum fit hec cōcluſio. Omnis obligatio
diſpoſitione veteris legis inducta: morte chriſti eſt
extincta. Dico notanter legis veteris diſpoſitiōe in
ducta: quia multa ibi memoranꝟ pure moralia: quo
rum obligatio ſicut in lege nō incepit: ita nec oboli⸗
ta lege eſt extincta. Unde Apoſtolus ad Romanos
vij. peccatum ante legem mortuū erat: ⁊ cōcupiſcē
tiā neſciebam. glo. ſupple eſſe peccatum niſi lex di⸗
ceret nō concupiſces. Concluſionem probo: primo
per magiſtrum ſententiarum. iij. diſt. quarta. Itē ꝑ
Apoſtolum ad Romanos. vij. ad literam lex inqͭ
in homine dominatur quanto tempore viuit: id eſt
quādiu ſtatum habet lex ipſa ⁊ ꝙ non vltra. prout ꝑ
ſimile de muliere: que mortuo viro ſoluta eſt a lege
viri inferēs itaꝙ ⁊ vos fratres mei mortificati eſtiſ
legi ꝑ corpus Chriſti: qui ex mortuis reſurrexit vt
fructificetis deo mortificati: glo. interline. nihil de
betis legi: que data eſt vſꝙ ad chriſtum. ⁊ gloſ. mar
ginalis. Hactenus de vi gratie: nunc ꝙ lex vltra nō
tenēda. Et agit de fine legis ⁊ priori eius inutilita
te: ne ergo mirētur romani: quia dicit nō eſtis ſub le
ge: ſꝫ ſub gratia ſupra dicebatur nō iuſtificare: hic
dicitur ceſſare quia data vſꝙ ad chriſtum. Et poſt
in textu. nunc ſoluti ſumus a lege mortis in qua de
tinebamur. Hec eſt in tētio apoſtoli ad Galatas. iiij
inducētis hoc ꝑ ſimile de paruulo: qui ſub tutori⸗
bus ⁊ actoribus eſt vſꝙ ad ꝓfinitum tempus a pa⸗
tre: ita ⁊ nos ſub lege quaſi ſub pedagogo ⁊ tutore
vſꝙ ad redēptionē chriſti: ⁊ iterum dicite: inquit:
mihi qui eſſe vultis ſub lege: in lege nōne legiſtiſq;
Abrahā duos filios habuit ⁊ dictum eſt eijce ancil
lam ⁊ filium eius nō enim erat heres filius ancille
cū filio libere: quo ꝑ allegoriam intelligit legē eij⸗
ciendam eſſe in aduentu noui teſtamenti. Et eodem
c. de ſolēnitatibus in memoriam beneficiorum que
a deo ſuſceperant inquit obſeruatis dies ⁊ menſes
⁊ tempora: timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis
ſimiliter. v. c. eiuſdem a gratia excidiſtis: qui in lege
iuſtificamini: item ad Hebreos. vij. Trāſlato ſacer⸗
dotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat: ⁊. x. capite.
aufert primum. ſ. vetus teſtamentum: vt ſequēs ſta
tuat: patet ergo manifeſtum eſſe ꝙ nulla obligatio
legis diſpoſitione inducta adhuc duret neꝙ diſtat:
multū ab hereſi Cherinti ⁊ Ebionis de qua. xxiiij. q
iij. c. fina. Ex hoc patet error Hoſti. qui vt ſaluaret
decimarum obligationem veteris legis diſpoſitiōe
inductam adhuc durare dixit legem veterem ſic cuꝫ
ſacerdotio tranſlatam ꝙ extincta nō eſſet contra id
quod ſtatim ſubdit eodem ca. apoſtolus. Reprobatio fit prioris mandati propter eius infirmitatē ⁊
inutilitatem. Et ca ſequēti videlicet. viij. ex verbis
Hieremie. xxxj. cap. cōcludit apoſtolus prius teſta
mentum veteraſſe: eo ꝙ propheta nouum teſtamē⸗
tum inducit. Quod autem veteraſcit ⁊ ſeneſcit inqͭ
ꝓpe interitum eſt. Ex quibus manifeſte patet apo⸗
ſtolum voluiſſe ſacerdotium cum lege tranſlatū eē
per extinctionem cū ſucceſſu melioris ⁊ legis ⁊ ſa⸗
cerdotij. Alioquin ad omnia iudicialia legis obliga
remur. ¶ Ex his infero ꝙ vera quota decime dan⸗
da ſacerdotibus: non eſt hodie in obligatione iuris E
diuini. probo: quia obligatio decimarum quoad ve⸗
ram quotam inducta erat diſpoſitione veteris legis
ergo iuxta predeterminata extincta eſt morte chri⸗
ſti: ⁊ non eſt ꝑ chriſtū renouata ergo ⁊c. Añs patet

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



quia ante legem non obligantur homines ad veram
quotam decime ſacerdotibus ⁊c. prout educit Hu
go de ſancto Victore. libro. j. de ſacramentis. parte
xj. ca. xxx. Nunqꝫ ante legem inquit) dixiſſe deū le-
gimus: qui decimas non dederit qui ſacrificia non
obtulerit ſicut maſculus cuius preputij caro circū
ciſa nō fuerit ⁊c. Et Jacob dixit. Si dominus fue
rit mecū in via. ⁊c. de vniuerſis que dederis mihi ⁊c.
quod ergo voto ſe facturum ſpoſpōdit: quia hoc ex
neceſſitate mandati non deberet patenter oſtendit.
Et ibidem. iiij. ca. determinat expreſſe ante legē de
cimas fuiſſe: ſub conſilio ſub lege in precepto: iam
vero: inquit: in libertate ſpiritus ambulare permit-
timur. Et Aug. in quodam ſermone ſabbata obſer-
uare decimas dare: circunciſionem facere: ⁊ huiuſ-
modi imperfecta erant tranſierunt qꝫ omnia: vt alle
gatū reperies in Anthonino. parte. ij. ti. iiij. c. iij §.
vlti. poſt Joānem de Neāpoli. Itē preceptum deci
marum nō eſt iuris nature: ergo eſt poſitiuum ⁊ nō
legis noue neqꝫ ante legem datum: ergo ſolum vete
ris legis diſpoſitione inductum: ⁊ p conſequēs ⁊c.
Prima pars patet quia ea que ſunt legis nature in
ſcripta ſunt mentibus hominum: iuxta illud Apo.
ad Roma. ij. Cum enim gentes que legē nō habent
ea naturaliter que legis ſunt faciūt ipſi ſibi ſūt lex:
qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus eo
rū ⁊c. Et loquitur de moralibus que ſunt legis na
ture: preceptum vero decimarum quo ad veram quo
tam decime miniſtris eccleſie dandam: nō eſt inſcri-
ptum cordibus hominum: ergo. ꝙ etiam nō ſit leg;
noue preceptum: patebit latius ex dicēdis. ¶ Ad ra
C tiones canoniſtarum. Ad primam de Abrahā ⁊ Ja
cob: voto ⁊ deuotione obtulerunt non obligatione
alia aſtricti. Cum omnes quos mihi videre cōtigit
admittunt ante legem decimas non fuiſſe in prece-
pto neqꝫ legūtur Moyſes ⁊ Aaron vel in Egypto
vel in deſerto decimas a populo accepiſſe: cui vtiqꝫ
ſpiritualia miniſtrabāt. Alie omēs auctoritates ex
penthatheuco ⁊ Ezechiele: ⁊ eccleſiaſtico ſolū pro-
bant obligationem veteris legis diſpoſitiōe fuiſſe
inductā. Sed vt probaui morte chriſti eſt extincta
⁊ abolita. Et illud Eccleſiaſtici videtur potius cō
ſilij ꝙ̄ precepti. Quod autem dicit Matthei. xxiij.
Et Luce. xj. Hec oportuit vel oportet facere ⁊c. re
fert ſe ſaluator ad ſtatum veteris legis: que vſqꝫ ad
mortem Chriſti curſum habebat ⁊ obligabat. Nō
ne capitaneum videatur Chriſoſtomum audiamus:
hoc tractantem vbi inquit ſermo Judaice mundati
onis agebatur totaliter preteriuit. Sed quia deci-
ma eleemoſyna quedam eſt ⁊ nondum erat tempus
expreſſe interimendi legalia: propter hoc dicit: hec
oportuit facere ⁊c. in paſſione autem Chriſti lex ve
tus reuocata eſt: extincta ⁊ abolita: vt patuit: ergo
⁊c. Quod aūt Luce. xviij. dicit. Decimas do omniū
que poſſideo. verbum eſt Phariſei qui ad hoc lege
erat obligatus. Item qd̄ Matthei. xx. dicitur. Red
dite que ſunt ⁊c. non probat decimas deo eſſe debi-
tas: ſed ſolum reddenda eſſe deo que ſunt dei: quod
vero Matthei. v. dicitur. Niſi abundauerit ⁊c. locū
habet ſeu procedit in moralibus que ibi per totū ca
pitulum ſaluator inducit: non autem in cerimonia-
libus aut iudicialibus que morte Chriſti terminan
da erant. ¶ Non obſtant etiam que adducit Inno-
centius tum quia ſolum probant pro ſtatu legis de
cimas fuiſſe debitas: neqꝫ certe hoc modo pro ſtatu
ſcilicet legis probant perſonales decimas fuiſſe in

obligatione. Nam numeri. x. in fine. nulla eſt mentio
de decimis: ſed pollicetur Moyſes Obab filio Ra
guel quem poſt Rabbi Salomonē Lyra autumat
fuiſſe Jethro cognatū Moyſi ſacerdotē Madiā)
ſi filios Iſrael duceret p deſertū darēt ei filij Iſra
el quicquid optimū eſſꝫ inter opes quas eis traditu
rus erat dominus. Certuꝫ etiam eſt ꝙ nō obligabā
tur filij Iſrael decimas dare ſacerdoti gētiū ⁊ alie
nigene qualis erat Jethro. Et deute. xij. in princi-
pio. non inducitur nouum preceptum decimarum:
ſꝫ repetitur quod prius in Leuitico ⁊ Numeris da
tum erat: ⁊ hoc ſolum comprehēdebat decimas pre
diales quod ex eo probatur quia Deut. xiiij. ideꝫ re
petitur: ⁊ expreſſe iniungitur limitatio de fructib⁹
terre: ſiue pomis arborūꝫ ⁊c. Etiam Numeri. xviij
Cum decimarum decimas iubētur Leuite offerre
ſummo ſacerdoti: ſolum fit mētio de predialibus:
nullus autē dubitat quin omnium decimarum a po
pulo oblatarum: tenebantur decimas ſummo ſacer
doti offerre: Ergo ſolum percipiebant prediales.
¶ Neqꝫ etiam obſtat motiuum domini Alexandri E
de Halis. ex ca. Exodi. xxij. Quia abſolute dicitur
decimas ⁊ primitias tuas nō tardabis offerre qꝛ ve
ritas Hebraica vt poſt rabbi Salomonē Lyra re-
fert neqꝫ reprehēditur in hoc a rabbi Paulo Bur-
geñ. ſic habet: plenitudinem ⁊ lachrymam tuam nō
tardabis reddere: vbi per plenitudinē hebrei intel-
ligunt primitias in aridis: vt puta in tritico ordeo:
⁊c. Per lachrymam vero primitias in liquidis: vt
patꝫ in vino oleo ⁊c. Et ſubſequitur preceptum de
primogenitis animalium. Etiam nihil poſſꝫ conclu
dere de vera quota decime: niſi pro ſtatu legis vete-
ris. q̄ iam reuocata eſt ⁊ interijt. Et certe vbi ceſſa
ret reuocatio prout ſupponit Hoſti. Quia nunquā
gētibus a deo fuit impoſita ſed dumtaxat filijs iſra
el non ſuffragarēt adhuc canoniſtis veteris teſtamē
ti auctoritates ad inducēdum ſeu probandum nos:
qui ex gētibus deſcēdimus ad veras decimas eſſe
obligatos. Si enim aliquid veteris legis gentibus
vnqꝫ fuit impoſitū totum. Actuum. xv. Comprehē
ſum eſt: viſum eſt ſpiritu ſancto ⁊ nobis. nihil ⁊c. ⁊
hoc ſolum ad tempus vt gentium ⁊ Judeorum con
uerſatio coaleſceret. Multi etiam p̄clariſſimi doct.
Theologi dicunt ſola moralia ibi fuiſſe precepta vt
ibi videre poteris in glo. ⁊ p doctor. in. iiij. ſententi F
arum de ceſſatione legalium. ¶ Ad ſecundum ex di
ctis ſanctorum reſpondeo: mos fuit ſanctis: hoc at
tribuere diuino precepto: quod in genere illimitate
eſt iuris nature. Limitatio vero ⁊ ſpecificatio eſt
humani iuris verbi gratia: iure diuino immo iure na
ture tenemur ieiunare: quantum concupiſcentie re-
frenande: aut fini huiuſmodi fuerit neceſſarium. ec
cleſia vero induxit quadrageſimale ieiunium ⁊ pre
cepit in communi ab hominibus conueniētis etatis
⁊ roboris cuſtodiri: qui tamen quadrageſimalis ie-
iunij vnum diem violauerit iuxta Ambr. ſentētiam
domini preceptum reſcindit. Unde ſermone. xxxiiij.
Quiſquis Chriſtianus conſecratam ieiunando nō
impleuerit quadrageſimam preuaricationis ⁊ con-
tumacie reus erit: ꝙ legem diuinitus pro ſalute ſua
datam prandendo ipſe reſcindit. Et infra interrogo
vos: qui in quadrageſima prandetis ſi nō in cōſcien
tijs veſtris rei eſtis ꝙ abſtinēte toto populo nos ſo-
li contra preceptum domini deuoratis. Et ſermōe
xxxvj. Sacrarum literarum exēpla protulimus qui
bus approbauimus hūc quadragenarium numerū



non ab hominibus eſſe conſtitutū: ſed diuinitus con
ſecratum: nec terrena cogitatione inuentum: ſed ce-
leſti maieſtate preceptum. Et infra hec non tam ſa-
cerdotis: ꝙ̄ dei precepta ſunt: atqꝫ ideo qui ſpernit:
non ſacerdotem ſpernit: ſed Chriſtum qui in ſuo lo-
quitur ſacerdote. Similiter ſermone. xxxviij. dicit.
Chriſti preceptū eſſe in propoſito autem noſtro: mi
niſtrare victum his qui preſunt: maxime in diuinis
eſt iuris diuini limitatio vero ad decimas illis offe
rendas poſitiui iuris eccleſie: ideo indiſtincte ſancti
attribuunt diuino iuri: quēadmodū deduxi ſupra
in quadrageſimali ieiunio. Aliud ſimile eſt. Si dica
mus iure diuino: nos obligari: ad diei dominice ⁊ fe
ſtorum celebrationem. Quod etiam ſancti hoc mo-
do dixerint integras decimas diuino iuri deberi: ex
hoc poteſt perſuaderi: quia eque dicunt perſonales
decimas iure diuino eſſe debitas: ſicut prediales: ⁊
tamen vt ſupra probaui: nuſqꝫ precepit dn̄s perſo-
nales decimas dari oportere. Grego. etiam in homi
lia: quā allegat Gratianus dicto c. quadrageſima.
de conſecra. diſtin. v. Non dicit nos obligari nūc ad
decimas omnium bonorū: ſed dicit: ſicut in lege iu-
bemur dare decimas rerum: ita ei cōtendite offerre
decimas dierum. Quorum autem bonorum in lege
precepta fuerit decimatio ⁊ qn̄ facultas ſeu vis le-
gis ceſſauerit ad obligandum: ſupra expoſui. Et
Hierony. non voluit decimas iure diuino quo ad ve
ram quotam deberi pro ſtatu noue legis: ſed interp̄
tatus textum prophete increpātis populū ex lege
ad decimas obligatū dicit: decimas ⁊ p̄mitias dei
poſſeſſiones poſſe intelligi: ⁊ populū dei obligatum
iudeos in hoc imitari: vt pauperibus ſaltem aliquā
partem dent: ſacerdotibus ⁊ viduis debitū honorē
deferant. Quoniam: ſi hoc non fecerint: dominum
ſupplantare conuincuntur: prout hec latius allegā
G tur in glo. ſup verbo pphete reuertimini. ¶ Ad ter
tiū nego antecedēs. Et ad pbationē. d. c. parochia
nos. Dico ꝙ vtiqꝫ ſunt a dn̄o inſtitute in lege veteri
⁊ nō ab hoie: ſed obligatio iā ceſſaret niſi ab homine
preceptū ipſum eſſet renouatum. Vel dico ſunt in-
ſtitute a deo ⁊ nō ab hoie: quo ad ſubuentionē in ge
nere miniſtris altaris impartiendā. Sed ſpecifica-
tio quote. eſt iuris humani poſitiui: quēadmodū di-
xi in ſimili de ieiunio quadrageſimali ⁊ obſeruatiōe
dominice diei. Ad. c. non eſt: patuit quō ſancti dicūt
decimas deberi. Ad. c. tua nobis. Dico ꝙ decimas
reſeruauit in ſignū vniuerſalis dominij: ſed pro ſta-
tu legis veteris: quo ad verā decime quotā quantū
vero ad ſubuētionē miniſtris debitā: etiā pro ſtatu
noui teſtamēti Et ſimiliter dico ad. c. cū nō ſit. Ani
marū aūt periculū non ſolū verſatur in trāſgreſſio
ne coꝝ que diuini ſunt iuris: ſed etiā in tranſgreſſio
ne iuris hūani. Et ita nō valet arg. Hoſtieñ. ꝯciliū
generale vult obuiare periculis aīarum ⁊ eccleſiaꝝ
diſpendijs conſulere: ergo eſt iuris diuini. Etiā de
cimaꝝ obligatio nō eſt pure iuris hūani: vt ex dic-
tis patet: verſatur ergo ⁊ agitur ibi de piculis aīa-
marū: quo ad diuini ⁊ naturalis iuris tranſgreſſio-
nem: quō ⁊ ꝯfiteri pprio ſacerdoti ſemel in anno: eſt
partim diuini partim hūani iuris. Quo ad ſpecifi-
cationē enim ſeu limitationē: ab hoie habet vigorē.

Secundo videndum eſt cum iure huma-
no tam prediales ꝙ̄ perſonales decime
ſunt debite: quid excuſet nō ſoluentes
a peccato. Et dixerunt quidā hoc eſſe:
quia apud clerum ceſſat cauſa: quare

cis decime ſunt ſoluende. Ceſſante autem cauſa: ceſ
ſare debet effectus: de appellationibus. Cum ceſſā
te. xvj. q. j. generaliter: vbi immunitas a tutela ⁊ cu-
ra pupillorum ſacerdotibus ⁊ clericis conceſſa: il-
lis tantūmodo declaratur competere: qui ad eccle-
ſias vel monaſteria permanent: non diuagantes ne-
qꝫ circa diuina miniſteria deſides: cum propter hoc
cis beneficium indulgetur: vt alijs omnibus dereli
ctis: dei omnipotentis inhereant miniſterijs. Pri-
mam partem probant: quia ſacerdotibus ⁊ clericis
conceſſe ſunt decime: ob tres cauſas. Prima: vt ſit
cibus in domo domini. Malachie. iij. Inferte om-
nem decimam in horreum meum: vt ſit cibus in do-
mo mea: ⁊ Nume. xviij. Nihil aliud poſſidebunt: de
cimarum oblatione contenti: quas in vſus ⁊ eorum
neceſſaria ſeparaui. Secunda eſt vt portent apud
deum peccata populi: vnde eodem. c. Nume. dicitur
Filijs Leui dedi oēs decimas pro miniſterio quo
ſeruiunt mihi in tabernaculo federis: vt non acce-
dant vltra filij Iſrael ad tabernaculum: ſolis filij
Leui in tabernaculo ſeruiētibus ⁊ portātibus pec-
cata populi. ¶ Tertia vero vt poſſent vacare legi
dei. ij. Paralip. xxxj. c. Et glo. Joſue. xiij. Lex dei
ſacerdotibus commiſſa eſt ⁊ Leuitis: vt huic ſoli
operam tribuant: ⁊ verbo dei abſqꝫ vlla ſollicitudi-
ne vacent: laicorum miniſterijs ſuſtentati. Sed iam
aliunde eſt cibus in domo dei: ⁊ non portant clerici
peccata populi: ſed potius populum grauant. Jux
ta verbum Gregorij. iij. q. vij. in grauibus. Et. xlix
diſtinctione in principio. Cum is qui diſplicet ad
intercedendum mittitur: irati animus ad deterio-
ra prouocatur. ⁊ Job. xxxv. Clamabunt ibi ⁊ nō
exaudiet: propter ſuperbiam malorum: gloſa. cla-
mabunt ibi. ſ. in tribulatione: ⁊ non ⁊c. ac ſi diceret
ꝙ reatus opprimentium audiri prohibet voces op
preſſorum nec eripiuntur viſibiliter iuſti quia inui-
ſibiliter ſaluari non merētur iniuſti. Quo vnico con
ſtare poteſt: quantum mali ſacerdotes qui perditis
moribus deum pungunt ⁊ ſtimulant iugū dei in hu
meris populi grauant. Et tertio nō vacant legi dei
ſed pluſqꝫ laici ſecularibus intēti ſunt: ergo ⁊c. Et
cōfirmatur nullus in hoc peccat quia materiam ra
pine alteri negat ſeu exhibendo nō miniſtrat ſed ſm
Hierony. tractantem illud Eſaie. iij. Popule me⁹
qui te beatum dicunt: ipſi te decipiūt. raptores ſūt
qui metūt carnalia ⁊ non ſeminant ſpiritualia: Er-
go licet illis decimas non offerre. Quod etiam ex ſi
mili declaratur: regi de publico conſtituta ſunt ſti-
pēdia vt populum tueatur ⁊ patriā a malis purget
hominibus. xxiij. q. v. regum officium ⁊. c. rex debet
furta ⁊c. Ubi autem hec non fecerit licite fraudat
ſtipendijs ad hoc cōſtitutis: ergo ſimiliter in propo
ſito de ſacerdotibus. Sed hic error facile confutat.
Primo auctoritate canonis in ca. tua nobis. de de-
cimis vbi dicitur pretextu vero nequitie clericoruꝫ
nequeunt eas: niſi quibus ex mandato diuino dari
iubentur pro ſuo arbitrio erogare cum nulli ſit lici
tum aliena cuiqꝫ concedere preter domini volun-
tatem. Et inter articulos Jo. Uuijcleſ. per Conſtā
tieñ concilium condēnatos decimus octauus eſt: de
cime ſunt pure eleemoſyne: ⁊ parochiani poſſunt p
pter peccata ſuorum prelatorum ad libitum ſuum
eas auferre. Preterea decime non dantur pro ſolo
vſu ſacerdotum ſed etiam pauperum: vt patet ex di
cto. c. reuertimini. Et Aug. dicit decimas: tributa
eſſe animarum egentium: ⁊ ideo tantorum homici-

Universidad de Deusto Biblioteca



diorum d.c. de Chne. xvj.q.j. nõ poterit ergo q̄s vſui
ſuo eas ſeruare: propter nequitiã ſacerdotũ: immo
nec ſi debitum ſeruitium omittat quo caſu debet ſu
periori cõſignare decimas ipſas: vt retardatum ſer
uitiũ reſumatur ⁊ quod exercuerit: in pios vſus cõ
uertatur: quemadmodũ dicũt doctores de miniſtro
ſuſpenſo a iure vel ab homine ipſo facto: vt Hoſti. ⁊
A Joã. And. de notorio fornicatore. ¶ Ex his reſpõ-
deo primo ad principalem rationem: ille ſunt cauſe
propter quas clero licet vſui non ſuo eas applicare
ſi vero populi peccata portẽt: nec diuine legi opera
impendant: ſatius ventrem ſiliquis implerent: q̄ꝫ p
abuſum ex decimis iudicium ſibi manducent ⁊ bi-
bant. Sed certe alia eſt cauſa: propter quã eis debẽ
tur: vt procuratoribus: puta egeſtas ⁊ pauperũ pe
nuria: immo ⁊ ſacerdotes qui bene preſunt: quicq̄d
ſuperfuerit deductis victu mediocri ⁊ etiam ratio
nabili veſtitu: tenentur pauperibus erogare: quorum
tributa ſunt decime: ex quo cõcludit Alexã de Ha
lis: tertia parte. q.v. membro. vj. artic. iij. ꝙ habens
vnde alias poſſet ſuſtentari ſufficienter ſm ſtatum
perſone: poteſt decimas recipere: vt procurator: in
neceſſitates pauperũ ⁊ eccleſie vtilitatẽ expẽden-
das: ſed nõ in vſus proprios: qꝛ ſi in proprios: com-
mittit ſacrilegiũ: prout vniuerſalis de ſtipẽdijs ec
cleſie dixit Hierony. vt. xxxvj. q.j. Quoniã quicq̄d.
⁊ Aug. xij. q.j. ſi priuatim. Beatꝰ Proſper eadem
cauſa. ⁊ q. illi. ⁊ j. q. ij. paſtor. c. ſi q̄s. Et c. ſacerdos
vbi verbũ Apoſt: q̄s militat ſuis ſtipẽdijs vnq̄ꝫ. ⁊c̃.
de his ſolum qui indigẽt: dicitur veritatem habere:
ex quo facile perpendi poteſt: an ſuperueniens ordi
natio vel diſpoſitio eccleſie de bonis eccleſie quorũ
non parua pars ſunt decime: efficere potuerit: vt iã
liceat ſufficiens habẽti patrimonium de eccleſie bo
nis viuere vt voluit Panor. in. c. epiſcopus. de pbẽ.
Fortaſſe dices nulla habetur apud clericos paupe-
rum ratio totũ ſibi ſeruant lauta conuiuia inſtruũt
ſcorta ⁊ proles pompoſe enutriunt: qui vero iuſti-
tiam ſectatur apud eos prede: patet ergo iuxta rati
onem factam licitum nunc erit eis decimas ſubtra-
B here ⁊ pauperibus miniſtrare. Rñdeo: Cum Hely
as propheta interpellaret dominũ pro Iſrael. Do-
mine prophetas tuas occiderunt: altaria tua ſuffo-
derunt derelictus ſum ego ſolus: ⁊ ecce querũt ani
mam ⁊c̃. Legimus illi diuinitus reſponſum. Serua
ui mihi ſeptem milia virorum: qui non curuauerũt
genua ſua ante Baal. ita nimirum falleris tu in hoc
ſi omnes clericos iudices: qꝛ paucos fortaſſe quos
noſcis tales reperies. Et vt de oculo tuo eiecta tra
be noſcas feſtucam de oculo fratris educere. Quic-
quid tu vltra neceſſaria tibi ſeruaueris: ſanctorum
ſententia rapere conuinceris pluſq̄ꝫ ſufficiat ſũptui
inquit Ambroſius violenter obtentum eſt. xlvij. di.
Sicut hi qui per inſaniam. Et Hierony. Aliena ra
pere conuincitur: q̃ vltra neceſſaria ſibi retinere pro
batur. xlij. diſt. in principio: ⁊ Aug. ſermone: ccxix.
de tempore. vnde ſumptum eſt allegatum. c. decime
tributa ſunt ⁊c̃. in fine dicit. Quicquid excepto vi-
ctu mediocri ⁊ veſtitu ratiõali ſuperfuerit nõ luxu
rie reſeruetur. ſed in theſauro celeſti p eleemoſynã
pauperum reponatur. Quicquid enim nobis deus
pluſq̄ꝫ opus eſt dederit non nobis ſpecialiter dedit:
ſed per nos alijs erogandum tranſmiſit quod ſi non
dederimus res alienas inuaſimus. Et tamẽ cum ti-
bi diuiti ⁊ tua auare ſeruanti vel aliquid ſubtraxe-
ro: aut debitum nõ ſoluero: vt pauperibus eleemo-
ſynas erogẽ: ſtatim iudicabis: inique me agere: iux-
ta Augu. ſententiã. c. forte dicit aliquis. xiij q.v. ⁊
Grego. c. non eſt putanda. j. q. j. quomodo ergo ſimi
liter non vides tibi illicitum: decimas clero vel au-
ferre vel nõ dare: vt pauperibus quibus debentur:
modo ꝯſimili eroges: quomodo ego tam eis abun-
dantiã volebã miniſtrare: in huiuſmodi enim opor-
tet ordinate agere iuſtitie ordinẽ nõ turbare ⁊ pub
lica cõſtituta intemerata ſeruare: que tamen extre-
me neceſſitatis articulũ minime cõſtringũt. ¶ Ad C
cõfirmationẽ reſpõdeo: ꝙ licet clericis nõ miniſtrã
tibus ſeu ſeminãtibus ſpiritualia: ceſſat ratio qua-
re vſui ſuo decime debeant applicari: vt notat Apo
ſtolus. j. ad Thimo. v. Qui bene preſunt preſbyteri
duplici honore digni habeãtur maxime qui laborãt
in verbo ⁊ doctrina. ⁊c̃. Non tamẽ ceſſat cauſa pau-
perum: quorum procuratores exiſtunt clerici: ⁊ ita
claudicat ſimile de rege ad ſacerdotes vel clericos.
Do igitur aliam cauſam: quare a peccato excuſan-
tur non ſoluentes decimas has: quia decime nõ de
bentur cũ effectu niſi petantur: ita ꝙ omittens ſit
tranſgreſſor precepti. Hoc probo auctoritate Apo
canonicarum: trãſgreſſio ieiuniorũ ecclie ⁊ gñaliter
omnium regularum ſtatutorum ⁊ canonum nũquã
eſt mortale: niſi quantum legi diuine p̄ceptum diſſo
nans inuenitur. Et quinto correlario docet non va-
lere conſequẽtiam: trãſgrediẽs peccat mortaliter:
Ergo tranſgreſſio humani precepti vt huiuſmodi
eſt mortale peccatum. Si enim medicus egro denũ
ciet niſi triduo abſtinuerit a vino pro certo morie-
tur: ſi contra fecerit egrotus mortaliter peccat: nõ
quia medici p̄ceptum tranſgreditur: ſed quia ſui ho
micida eſt. Et ſexto ſi lex aliqua humana concludi
non poſſit ex diuina lege: niſi coaſſumpta propoſitio
ne vel conſequẽtia diuine legi imptinẽti conſequẽ-
ter impertinẽs eſt an eius tranſgreſſio ſit mortalis:
ꝙ etiam prelatis oppoſitum aſſerẽtibus per Theo
logos in faciem reſiſti debeat: quia non recte ambu
lant ad veritatem Euangelij: ⁊ correlario.x.aucto-
ritates gñales. Qui vos ſpernit me ſpernit.⁊c̄. Hu
iuſmodi dicit procedere quando poteſtate non abu
tuntur. Et diuino iuri ſufficienter innitũtur neq̃
aliud inquit poſſunt ſanctorum vel canonum aucto
ritates probare: quia ſicut non ad fidem ita nec ad
legem p̄ceptiuam dei prelatus quicq̃ adijcere po-
teſt: ꝙ vim prius de fide aut preceptiua lege nõ fue-
rit ⁊ correlario.xiij. Nõ plus habẽt in poteſtate p-
lati eccleſie ligare ſubditos ad aliqua non contẽta
in regula euangelica ab eis proteſtata: q̃ nec abbas
obligare religioſos vltra regularem profeſſionem:
⁊ ꝙ ille non poſſit eſt concors omnium ſententia: er
go videtur ⁊c̄. ¶ In hac queſtione duo ſunt errores A
extremi: ⁊ ſi hereſes non ſint nihil tamẽ hereſi vici-
nius. Primus ꝙ nulla lex naturalis vel humana ni
ſi cum diuina lege coincidat obligare poteſt ad pe-
nam eternam: qui facile confutatur. Nam Apoſto-
lus ad Romañ.j. De gẽtibus ad ſolam nature legẽ
obligatis inter cetera mortalia connumeratur pa-
rẽtibus inobediẽtes ſubiungẽs finaliter qui cum
iuſtitiam dei cognouiſſẽt non intellexerant quoniã
qui talia agunt digni ſunt morte non ſolum qui fa-
ciunt ſed ⁊ qui conſentiunt faciẽtibus. Et ne ſim-
plicibus hoc videatur elidi poſſe: quia ad conſimile
q̃uis non gẽtes iudeos tamẽ obligat lex diuina: ad
duco Apoſtolum ad Roma.vij. Ex intentione de-
ducentem ꝙ ante legem peccatum mortuum erat:
⁊ reuixiſſe adueniẽte mandato: ⁊ mandatum quod
erat ad vitam factum eſſe ad mortẽ ⁊ peccatum. vt
appareret peccatum per bonum: videlicet ꝑ manda
tum operatum eſſe mortem ita videlicz ꝙ ante legẽ
erant: ſed non apparebant mortalia peccata concu-
piſcere rẽ vel vxorem proximi: ⁊ ſic de alijs. Et hoc
ſola lege nature: vt literalit illum paſſum exponũt
ſancti Auguſt.lib.j.ad Simplicianum. Ambro. in
epiſtola ad Roma. vnde ſtultiſſimum eſt ⁊ hereticũ
dicere ꝙ mãdata (excepto quod dicitur de ſabbato
quo ad tẽporis ſpecificationem) ꝑ datam legẽ vim
obtinuerunt obligandi ad mortale ⁊ ante legem da
tam non obligauerint ad penam eternam. ¶ Error
ſecũdus in altero extremo ꝙ omnis lex legitime cõ B
ſtituta maxime ſi canonica fuerit aut per canonem
confirmata: obligat ad mortale per iura ⁊ auctori-
tates allegatas. Et hic certe nõ minus eſt peſtifer
ſed plus veneni habet: multe enim ſunt leges natu-
re que de ꝑ ſe ſolum ligant ad veniale peccatum: vt
lex de non mẽtiendo que etiam in diuinis literis tã
dẽ expreſſa eſt. Leuitici decimo nono. Non mẽtiemi
ni neq̃ decipiet ⁊c̄. Et lex de non ociando. de qua
Matthei.xij. Omne verbum otioſum quodcũq̃ lo
quuti fuerunt homines reddẽt de eo rationẽ in die
iudicij. ⁊ certe omne peccatum diuine legis p̄uari-
catio eſt. Pſal.cxviij. Preuaricãtes reputaui oẽs
peccatores terre: ⁊ quod rigoroſius multo eſt: volu
it beatus Bern.libro de diſpẽſatione ⁊ precepto.
Omne peccatum diuini precepti preuaricationem
eſſe: ſed extẽſe vtitur verbo precepti: nõ prout in.c.
exit.de v̄borum ſignifica.⁊ cle.exiui.eodẽ titu. Ho
ſtieñ.paulo moderatius opinatus in ſumma de ſen-
tẽ.excommunicati. verſicu.neceſſe.§. ſed nũquid cõ
municans. Qr tranſgreſſio legis humane ſit venia-
lis: ſed precepti hominis mortalis. quia mitius agi-
tur cum lege q̃ cũ miniſtro legis: iuxta.l.celſus.ff.
de arbitris cũ ſimilibꝰ: ⁊ dicit.ca.ſacris de his que
vj.⁊c̄. Intelligi de excommunicato cum ſibi parti-
cipãtibꝰ: ⁊ ſic contra preceptum hominis. quod ꝓ-
bat: quia eſt pars.c.ſacris.de ſentẽ.excommuni. qđ
loquitur de ſic excommunicato: principalis dicti aſ
ſignat Hoſti. hanc cauſam quia communicans ex-
communicato etiam cum participantibus non põt
propterea excommunicari maiori excommuncatio-
ne: niſi prius fuerit legitime: immo ſpecialiter ⁊ no-
minatim monitus.c.ſtatuimus.⁊.c.cõſtitutionem.

Universidad de Deusto Biblioteca



de ſentē.excommuni.lib.vj. Ergo añ monitionē cō
municans que habet vim precepti hominis non pec-
cat mortaliter:alias poſſet pro illo excommunicari
¶ Dominus Joan. Andr.poſt multa dicit commu-
nicātem cum excommunicato ſolum peccare venia-
C liter niſi in ſex caſibus. ¶ Primus ſi in contēptum
clauium communicet. Secundus ſi in contemptum
ſuperioris contra eius preceptum. Tertius ſi in di
uinis argumēto.c.ſignificauit de ſent.excommuni.
Quartus ſi in crimine propter qđ eſt excommuni-
catus.c.ſi concubine.⁊ ca.nuꝑ de ſente.excommu.
Quintus ſi eſt excommunicatus cum participanti
bus.c.ſtatuimus.⁊ ca.conſtitutionē de ſent.excom.
lib.vj.Sextus cum communio eſt nimis frequens:
xxv.diſti.§.criminis appellatione. Panor.dicto.c.
ſacris recedit ab eius opinione. Et dicit ꝑ eam eua
D cuari effectum excommunicationis ⁊c̄. ¶ Pro hu-
ius deciſione pono hanc vnicam cōcluſione. Legis
humane ſtatutarie tranſgreſſio vt ꝑceptiue morta-
lis eſt ſi fiat ex contēptu ſine conteptu vero: inter-
dum venialis eſt aliquando mortalis interdum pro
occurrētium cicūſtantiarum varietate nulla culpa
de prima parte cōcluſionis concordāt omnes docto
res verbo ſed certe in qua ſignificatione verbi con-
tēptus magna eſt apud doctores diſcrepantia ⁊ di-
uerſitas.domini iuriſperiti intelligunt hominē con-
temnere quando paſſim ⁊ frequēter tranſgreditur.
⁊ ſic quaſi negligendo ⁊ non curando ꝑceptum ip̄m
contēnere videtur: hoc notat Joan. Andr.quum in
ſexto modo communionis cum excommunicato di-
cit eam mortalem eſſe:ſi nimis frequēs fuerit ⁊ Ho
ſti.paſſu allegato dicit communicantē excommuni-
cato ante monitionem excommunicari non poſſe ni-
ſi in contemptum vel nimis frequēter. Et ita repe
ries ceteros plurimos ſaltē iuriſtarum opinatos:
ꝙ frequētia actus inducit contemptum ⁊ mortale
peccatum:pro quo allegant verbum Augu. Ebrie
tas ſi aſſidua fuerit inter mortalia deputatur.xxv.
diſt.vnum orarium.§.criminis appellatione. Et ibi
Gratianus. Multa ex deliberatione procedūt que
niſi ſepius reiterata ⁊ in conſuetudine deducta fue
rint q̄uis grauēt poſt mortem non tamē eternalit̄
ꝑdunt. Et videtur fundari in verbo alio Auguſti.
ibi allegato. homilia.xxiiij. Nulum pctm̄ eſt adeo
veniale quod nō fiat criminale dū placet: ſi vero diſ
plicet nullum iudicatur: Sed certe longe a vero eſt
⁊ error ꝑniciosiſſimus ꝙ ſola frequentia inducit ⁊
facit mortale qđ de ſe veniale eſt:minuta enim pec-
cata ſine quibus hec vita non ducitur plurimum ex
conſuetudine fiunt vt iocoſe aut officioſe mētiri ⁊
alia īnumera de quibus Aug. ſpecificat. Quoties
aliq̄s plꝰ ſumit in potu aut cibo q̄ neceſſe eſt ad mi
nuta pctā nouerit ꝑtinere.quoties plꝰ loquit̄ q̄ ne
ceſſe eſt plꝰ tacet q̄ expedit:paupes īportune petē-
tes exaſpat quoties vxorē ſuam excepto filiorū de
ſiderio cognouerit. Quod intelligo carnale cōmer-
cium petēdo:vbi cauſa fornicationis vitande nō re
leuat que omnia conſtat ſolum venialia manere: q̄-
tūcunq̄ in conſuetudinem deducta fuerint ꝙ autē
dicit Auguſti. Ebrietas ſi aſſidua fuerit ⁊c̄.non in
tēdit ꝙ aſſiduitas inducat mortale propter ſolam
frequētiam actus. ſed quia eſſe non poteſt quin is
qui aſſidue inebriatur ſciens ⁊ volens aliquando
ebrietatem incurrat quod eſt peccatum mortale q̄r
frequēter expertus eſt vim vini ⁊ ſuam facilitatē ad
ebrietatem:vt recte dicit Tho.ſcđa ſcđe.q.l.arti.ij
ad primū. Et ſi ita intelligat Gratianus dictū ſuū
q̄dam ſcꝫ ignoranter facta ſunt venialia que dedu
cta in conſuetudinem (quia tunc ſciēter fiunt) ſūt
mortalia vera eſt eius ſentētia. Sed nihil ad propo
ſitum iuriſtarum qui volunt communionē etiā ſciē-
ter cum excommunicato habitam eſſe veniale pecca
tum:ſed frequētiam ſine pluri adducere mortale ꝙ
etiam dicit nullum peccatum adeo veniale eſt ⁊c̄.ex
ponit beatus Tho.ij.diſtin.iiij.ſentētiarum.q.vlti.
(quia non q̄libet complacentia venialis conſtituit
mortale) de illa complacētia que ad fruitionem ſpe
ctat:in qua ſſcđm Auguſt.conſiſtit omnis animi ꝑ-
ſeueritas. Gerſon vero in lib.regularum ſeu cōclu-
ſionum moralium exponit de veniali ex circunſtan-
tia puta propter ſurreptionē vel inaduertētiam qđ
ex gñe eſt mortale: vt eſt ſurreptia ira vel odium in
fratrē hoc enim dum placet exuit cicunſtantiam al-
leuiantē: ratione cuius veniale erat aut dicit dum
placet in ratione peccati quod eſt diabolice obſtina
tionis ⁊ pertinacie:⁊c̄. Ad vidēdum ergo cum diui E
ne legis tractatibus qua ſignificatione contēptus
humane legis vniuerſaliter inducit mortale pecca-
tum. ꝑmitto ſecundum dominum Altiſſidoren. in
ſecunda parte ſumme ꝙ contēnere quatuor modis
ſumitur. Primo modo eſt appreciari rē minus iu-
ſto.ſ.non tanti eſtimare quantum valet recto iudi-
cio. Et hoc modo ſumitur Matthei.vj.cum dicitur
aut vnum ſuſtinebit ⁊ alterum contēnet. ſecundo
modo idem eſt quod rē negligere ⁊ eam non curare
dum ſcilicꝫ ſine freno tēperantie curritur per cam-
pos licētie. Tertio modo idē eſt quod aſpernari ⁊ in
dignari rei tanquā vili. Quarto idē eſt quod volun
tas mala qua a deo quis ſe auertit ⁊ quaſi terga ei
vertit:hoc quarto modo dicit intelligere Ambroſi.
cum dicit. Omne peccatum eſſe ex contēptu. Tunc
dico ꝙ ſolus contēptus tertio modo vniuerſaliter
⁊ in omnibus adducit mortale peccatum ſiue ſit le
gis humane ſiue ꝑcepti. Unde beatus Thomas ſe-
cunda ſcđe.q.clxxxvj.articu.ix. Arguit contēptus
inducit mortale:ſed ſi frequēter aliquid facit quod
debet non facere videtur ex contēptu peccare.ergo
peccat mortaliter. Reſpondet tunc quis trāſgredi
tur ex contēptu quando renuit ſubijci ordinationi
regule vel legis ⁊ ex hoc procedit ad faciēdum con-
tra legē vel regulam: quando autē econtrario pro-
pter aliquam particularē cauſā puta cōcupiſcētiā
vel iram inducitur aliquid facere contra regulam
non facit:facit ex contēptu: quamuis illud frequē
ter faciat ipſa tamē frequētia diſponit ad cōtēptū
iuxta illud Prouer.xviij. Impius cū in profundū
peccatorum venerit contēnit. Idē determinat Ger
ſon quinta lectione de vita ſpirituali anime pulchre
adijciēs quomodo aliud eſt contemnētem facere ⁊
aliud ex contēptu:ex verbo Philoſophi.iij. Ethi-
corū dicētis. Quod aliud eſt ignorātē aliquid face-
re:⁊ aliud ex ignorantia. Itē patet iſtud exēplarit̄
de trāſgreſſione ꝓhibitionis mētiēdi.ſi ex cōtēptu
fiat primo ſecundo vel quarto non eſt mortale ſi tā
tum officioſum vel iocoſum mendacium quis dixe-
rit:ſi vero tertio modo abſq̄ dubio mortale pctm̄
eſt. ¶ Quo ad ſecundam partē concluſionis probo
primo ꝙ ſuperior poteſt nos obligare ad penā eter
nam ex cauſa ſine concurſu diuini precepti vel ꝓhi-
bitiōis ſuꝑ eodē:quia non minor eſt auctoritas pri
cipis ſeu ſuperioris ad obligādum ſubiectos q̄ pa-
rētum ad obligādum filios ſuos ſed parentes hoc



poſſunt ergo ⁊c̄. Maior patet quia conſimili prece
pto mandatur filijs vt parentibus obediant: ⁊ ſer-
uis vt dominis ſuis:ac ſubiectis vt principibus ſeu
ſuperioribus ⁊ prelatis pareant. Et minor proba-
tur:quia inobediētia ad parētes eſt diſtinctum pec-
catum mortale: vt patet ad Roma.j. Etiam inobe-
diētia parentum iure diuino conſueuit plecti mor-
te vbi nullū aliđ ſuberat propter ꝙ mortē inferre li-
cuiſſet.vt patet Deuteronom.xxj. Si genuerit ho-
mo filium contumacem ⁊ ſuperbum qui non audie
rit patris aut matris imperium: ⁊ coactus obedire
contempſerit ducent eum ſeniores ad portam iudi-
cij ⁊ dicent filius noſter hic contumax eſt. Monita
noſtra audire contēnit cōmeſſationibus vacat:atq̄
luxurie ⁊ cōuicijs lapidibꝰ cū obruet populꝰ. Ut
auferatis malū de medio veſtri: ⁊ vniuerſus Iſrael
audiēs pertimeſcat nuſq̄ aūt in ſcriptura pro com
meſſationibus ⁊ luxuria nuda: que ſcilicet non eſt
adulterium vel conſimili circunſtantia grauata īn-
fligitur pena mortis ergo. Preterea niſi ſic:magis
teneremur obedire viris doctis: q̄ parentibus aut
ſuperioribus:ꝙ manifeſte falſum eſt ſequela patet
quia illis tenemur obedire in his q̄ ſm̄ cathedram
docuerint. Matthei.xxiij. Suꝑ cathedram Moyſi
ſederunt Scribe ⁊ Phariſei. Omnia q̄cunq̄ dixe-
rint vobis facite.glo. Quecūq̄ iuxta cathedrā do-
cuerint.qđ nuſquā legit.de parētibus vel principi-
bus. Tum ſecundo quia in explanatione mandato-
rum dei quanto aliquis maiore ratione nititur eo
maioris auctoritatis eius verba eſſe vidētur.xx.di
ſtinctio.in principio. Hoc certe magis regulariter
competit viris doctis q̄ principibus parētibꝰ aut
G ꝓlatis ergo ⁊c̄. Neq̄ obſtat.c.ꝑ venerabilem: qui fi
lij ſunt legitimi: quia ſolum procedit de auctorita-
tiua deciſione:quoad formam iudicij non autē abſo
lute ⁊ in ſe. Ex quibus euidēter patꝫ quod non pec
cat quis ſolum quia cōtrauenit ꝑcepto dei concur
rēti ſimul cum precepto prelati vt Gerſon. Uoluit
ꝑ ſimile quod adducit de egroto comparatione ſeu
reſpectu ad preceptum medici. Sed forſitan confi
getis gloſam aliam ꝙ licet inobedientia ad paren
tes vel ſuperiores ſit diſtinctum peccatum mortale
hoc tamē ſolum contingit. Quando ſimul occurrit
preceptum dei circa idē:verbi gratia: vbi filius for
nicando vnicum mortale committeret ſi ad parētū
vel ſuperiorum preceptum fornicetur duplex mor-
tale committit. Sed cum homo precipit quod deus
alias non mandat nullum peccatum eſt in eo caſu
hominis preceptum ꝑterire ⁊ certe quod falſa ſit ꝓ
bo. Nō iubemur diuino iure tributum vectigal aut
gabellas ſoluere.poſtq̄ tamē a pricipe iuſta ex cau-
ſa indicta ſeu ꝑcepta fuerint qui fraudat illa pec-
cat mortaliter vt manifeſte voluiſſe videtur Apo-
ſtolus ad Roma.xiij. Ergo ꝑceptum humanum ob
ligat ad mortale: non concurrēte ſuper eodē facto
ꝑcepto dei. Prima pars antecedētis probatur:q̄r
⁊ ſi iuſta cauſa ſubſit ex qua licet principi tributū
vectigal vel theolonium imponere: non peccant nō
ſoluentes quamdiu princeps non indixerit. Item
ſoluere veram quotam decime frumenti:olei aut
lucri perſonalis:non eſt nunc diuini aut naturalis
iuris. Et tamen vbi eccleſia (iuſta de cauſa intelli-
go) ꝑceperit peccat. Qui ad exactionem ſacerdotis
non ſoluerit: Ut deduxi quodlibeto anni preteriti:
ergo. Item idoneus ad curam paſtoralem poteſt li
cite, ſtudio cognoſcende veritatis intendere ⁊ lau-
dabili in ocio viuere:ſed vbi cura paſtoralis ei iniun
cta fuerit mandato ſuperioris nō poteſt licite recu
ſare.viij.q.j.qui epiſcopatum: ⁊ ca.in ſcripturis:q̄r
enim licite poteſt ſibi periculum formidare ⁊ alios
preſumere magis idoneos: Ideo ſe non debet inge-
rere. Et tamen precepto ſuperioris cum vocatus
fuerit vt Aaron:tenet̄ obedire ⁊c̄. Idem eſt ſi plu-
res ſint eque idonei ad preeſſendum militie: ⁊ alte-
ri a principe mandetur vt onus ſubeat: immo licite
cogitur homo vel excommunicatur vt onus cure
militie vel ꝑfecture ſuſcipiat.xxiij.q.iiij.diſplicet.
Et ibi in gloſ. vide ſolutam obiectionem de ca.vbi.
⁊ ca.geſta.lxxiiij.diſt. ⁊ certe nihil mirum ꝙ accidē
te hominis precepto parētis vel ſuperioris fit hōi
mortale quod alias eidē liceret quum idipſum ſepe
faciat īter priuatas perſonas alterius exactio:ver
bi gratia habens ſuperflua ad ſuum ſtatum obliga-
tur ad eleemoſynam ei qui arctam ⁊ non extremam
neceſſitatem patitur:ſi petit vere vel interpretatiue
⁊ non obligatur ſi non petierit, ſed velit egere. ſimi-
liter miniſtranti ſpiritualia vt curato: tenemur ad
ſufficiētiam ſuſtētationis tēporalia ſubminiſtrare
ſi petat: ⁊ vbi non petierit non delinquimus vt patꝫ
ex hoc qđ Paulꝰ ad Corin. de omiſſione illius ſub
uentionis nō reꝑhēdit quorūt̄n̄ curatus immo epiſ
copus erat. Preterea confirmo idem ſic. Non mi-
nor eſt ſummo pontifici poteſtas ligandi q̄ ſoluēdi
ſed ex cauſa poteſt ſoluere obligationē cuius tranſ-
greſſio alias foret mortale peccatum:ergo ex cauſa
poteſt cōſimilē obligationē inducere ita videlicet
ꝙ ſicut in caſu primo cauſa ſola non liberat:cōſimi-
liter in ſecūdo cauſa ſola obligationē non inducat.
Minor probatur de voto ſuper quo ex cauſa diſpē-
ſat vt in.c. Nō eſt. ⁊ in.ca.magne deuotionis. de vo-
to ⁊ voti redemptione. vbi ſola cauſa eum qui voto
aſtrictus eſt non liberat. Pro eodem videtur illud
Ge.xix. De vxore Loth conuerſa in ſtatuam ſalis:
cōtra preceptum angeli retroſpexit qđ tamen ei in
notuit quaſi ꝑceptum dei ⁊ ſuꝑ iuramento ex metu
papa diſpenſat relaxādo ⁊ nō ſolū declarādo. Quia
ſic etiam añ diſpēſationē licuiſſet iuramēti ex metu
nō ſeruare ſacramētum:cōtra.c.ad audiētiā de his
que vi metuſue cauſa fiunt: ⁊.c.ſi vero de iureiuran
do. Itē qui iurauit ſoluere vſuras tenetur adimple
re iuramētum.c.debitores. de iureiurādo: ⁊ nemo
dubitat tranſgreſſorem peccare mortaliter ſi tñ pa-
pa diſpēſauerit tute non ſeruat. ¶ Si q̄ras q̄ cauſa
debeat legitima cenſeri vt ex ea ꝑceptū parētis vel H
ſuꝑioris obliget ad mortale peccatum. Rñdeo diſ-
ciplinati eſt in vnaquaq̄ re certitudinē exquirere:
quātum natura rei recipit:ſimile nāq̄ eſt vt dicitur
j. Ethicorū. A rhetore demonſtrationē expetere:
⁊ mathematicum ꝑſuadētem acceptare humanorū
actuum tanta eſt varietas circunſtātiarum occur-
rētium:vt gñali ſermone non magis tradi poſſit: q̄
cauſa ad hoc ſufficiat ⁊ que non q̄ medico que cau-
ſa eſt potens mortem inferre ⁊ que non:ſꝫ in huiuſ-
modi opus eſt circa ſingularia directione pruden-
tie: ⁊ magna circunſpectione quā ſubminiſtrare con
ſueuit vnctio. Tertio ꝓbo ꝙ ꝑ circūſtātiarū varie-
tate aliq̄n tranſgreſſio humani ꝑcepti venialis cul-
pa eſt interdum nulla culpa:nā ſi nulla penitꝰ cau-
ſa ſubſit ꝑcipiendi nulla culpa eſt tale ꝑceptū trāſ-
gredi patet:quia ſine cauſa ſubditos grauare ꝑce-
ptis q̄dam ſpēs eſt tyrannidis. Unde.v. Ethicorꝫ
dicit Philoſophus non ſinimus pricipari hominem

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſed ratione͂:quia cum ſibi hoc agit tyrannus efficit͂:
magiſtratus vero cuſtos eſt iuſti ⁊ equi.⁊.viij.Eti.
In hoc tyrannu͂ diſtinguit a rege:quia rex q̄rit non
ſuam vtilitatem ſed eorum qui ab ipſo regu͂tur:qui
vero talis non eſt tyra͂nus eſt:ſed cu͂ ſine cauſa abſq͂
ratio͂e aliquid precipit ſubiectis homo dominatur:
non ratio ⁊ ſuam potus vtilitatem querit q̄ ſubdi-
torum:ergo precepto huiuſmodi tyrannico iniquo
⁊ iniuſto non tenemur parere in foro conſcie͂tie niſi
forte propter ſcandalu͂ vt ſupra deduxi in p̄mo ar.
Quod aute͂ dicit glo.in.l.relegati.ff.de peni.ꝙ ma-
gna ratio in principe eſt volu͂tas ſola:videt͂ glo. Au
relianen͂. non textum exponens ſed corrumpens.
Cum eni͂ dicat textus nemine͂ poſſe exuli co͂meatu͂
remeatum ve co͂cedere: niſi imperatorem ex aliqua
cauſa ceſaream maieſtate͂ ſupra q̄ par eſt attollens
dicit principe͂ ꝓ ſola voluntate hoc poſſe:⁊ quicq̄d
ſit preſumitur pro pri͂cipe in foro exteriori ꝙ iuſta
ratione͂ fecerit:ſed in foro conſcientie contra preſu͂-
ptionem ſtatur veritati ⁊c͂. Preterea non poteſt p̄n-
ceps ſine cauſa legitima externarum rerum domi-
nia vni auferre ⁊ alteri dare .iuxta cler .paſtoralis.
de re iudicata. Et notata doctorum ibidem: Et in
ca.quia plerique.de immunitate eccleſiaru͂:ergo nec
preter ratione͂ poteſt ſuo precepto ad aliquod onus
nos aſtringere:etiam vbi ſoluit eſt ſine cauſa legiti-
ma non tutat in foro conſcientie:vt patet per glo.⁊
docto.c.non eſt. de voto ⁊ voti redemptione: Ergo
ſine cauſa ⁊ ratione non ligat in foro conſcientie:ꝙ
etiam proportionabiliter ad cauſam tra͂ſgreſſio hu
mani precepti aliquando ſit mortalis aliquando ve-
E nialis interdum etiam nulla culpa: apte firmat do-
minus Petrus de Palude.xv.diſt.iiij.cum dicit ꝙ
tra͂ſgrediens lege͂ eccleſie de ieiunio ex cauſa ſuffi-
cie͂ti:nullum peccatum committit:tranſgredi vero
ex cauſa inſufficie͂ti veniale peccatum eſt ſine cauſa
vero mortale peccatum eſt:immo ex cauſa licet non
ſeruare iurame͂tum:puta dum bonum aliquod ma-
gnum impediret vel neceſſitas ſpiritualis occurrit
vt eſt textus.c.qd̄ p̄deceſſor.⁊ c.anteceſſor.xj.q.iij.
⁊ hoc notat Innoce͂t.capi.venerabile͂. de electione.
quem ſequitur Pano.⁊ q̄uis hoc limitare videan-
tur:quando ſuperior adiri non poteſt:credo tamen
ſuperioris auctoritatē in huiuſmodi neceſſaria͂ no͂
eſſe niſi ad euita͂dum ſca͂dalum vel aliquid eiuſmo-
di:⁊ hoc aperte videtur ſentire Tho. ſecu͂da ſecunde
q.cxx.arti.j quando manifeſtum eſt cauſam ſuffice
re in dubio vero dicit procedere legem primam. C.
de legibus ⁊ conſtitutionibus principum mouetur
quia ibi dicitur interpretationem inter equitatem
⁊ ius nemini licere inſpicere q̄ principi: Interpre-
tatio autem eſt de dubio non de manifeſto. Etiam
I procedit ſolum in foro exteriori in quo non licet ꝑ
equitate non ſcripta contra ius ſente͂tiam ferre p̄-
terq̄ principi ſoli ſecus in foro anime:⁊ in caſu du-
bij intelligo etiam procedere.c.venerabilem.de ele-
ctione: ⁊ cum verſatur inter magnas perſonas. Vt
vult ſpeculator titu. de lega.§.nunc vide͂dum. Ide͂
dicit beatus Thomas de ſtatuto eccleſie vniuerſa-
lis:quo ad ieiunium ſecunda ſecunde .q.xlvij. artic.
iiij.in corpore q̄ſtionis:ſi cauſa ſit euide͂s ꝑ ſeipſum
poteſt homo ſtatuti obſeruantiam preterire p̄ erti
conſuetudine interueniente vel ſi non poſſet de faci
li recurſus ad ſuperiore͂ haberi:ſi vero cauſa ſit du-
bia debet ad ſuperiorem recurrere: qui poteſtatem
habeat in talibus diſpenſandi ⁊ eadem .q.articu.iij.

in ſolutione ad ſecundum precepta que per modum
ſtatuti communis proponu͂tur no͂ eode͂ modo obli-
gant omnes ſed ſc͂m ꝙ requiruntur ad finem que͂ le
giſlator intendit cuius auctoritate͂ ſi quis co͂te͂ne͂-
do tranſgrediatur vel ſic tranſgrediatur ꝙ impedia
tur finis quem inte͂dit peccat mortaliter:ſi vero ex
aliqua cauſa rationabili ſtatutum non ſeruet preci-
pue caſu quo etiam ſi legiſlator adeſſet non decer-
neret eſſe ſerua͂dum non peccat ex hoc mortaliter ꝙ
autem dicit ide͂ Tho.ſc͂da ſc͂de.q.lxxxviij.arti c.xij.
in ſolutione ad ſecundum ꝙ homo non gerit vicem
dei ſed ſuperior niſi forte in caſu in quo id quod vo-
uit eſſet manifeſte illicitum ⁊ no͂ poſſet opportune
ad ſuperiore͂ recurrere vt ſupra allegatis dictis ei⁹
non repugnet intelligo cum alias ex tranſgreſſione
propria auctoritate ſcandalum aut periculum ali-
quod immineret ex quibus omnibus patet non vale
re co͂ſeque͂tia͂. Iſte tranſgreditur preceptum ſupe-
rioris ſub interminatio͂e eterne mortis vel exco͂mu
nicatio͂is factu͂:ergo peccat mortaliter. Tum quia
poteſt non ſubeſſe legitima cauſa ſub tam formida-
bili pena id precipie͂di.vel ex altera parte iuſta cau-
ſa in toto vel in parte tranſgreſſorem releuat a pec-
cato aut probabilis eu͂ excuſat ignorantia vel inad-
uertentia precepti ſuperioris ⁊c͂. Et quia rationes
ad vtramque partem adducte falſum inducunt opor-
tet ad rationes reſpondere: ⁊ primo ad eas que an-
te oppoſitum ſunt adducte. ¶ Ad primam dico qd̄
procedit cum ſufficiens cauſa ſubeſt a parte prece-
pti vel precipientis ⁊ ex altera parte ſubditum ni-
hil releuat quo minus teneatur preceptum ſeruare
¶ Ad ſecundam nego antecedens pro prima parte K
⁊ ad primam eius probationem dico ꝙ ex nudo par
ticipio in alias indifferentibus ſolum incidit co͂mu
nicans minorem excommunicationem. Quod aute͂
dicitur in allegato.c.excommunicatos.xj.q.iij.ꝙ ſi
mili excommunicatione debeat innodari. Reſpon-
deo ꝙ vel intelligi debeat de ſimili in genere vt com
plectatur etiam minorem excommunicationem vel
procedit dum communicat in contemptu͂ aut ex hoc
ſente͂tia veriſimiliter veniret apud alios in conte͂-
ptum quandocunque enim quis hoc perpenderit vel
adeo manifeſtu͂ eſt vt merito aduertere deberet pec-
cat mortaliter communicans:⁊ ſic iuſte excommu-
nicari poſſet maiori excommunicatione: ſecus dum
probabiliter creditur ꝙ nunq̄ ex hoc ſententia con-
te͂netur ⁊ timore quodam affabilitate vel ſocietate
in non conceſſis ei communicat vt bene tradit Bo-
nauentura.xviij.diſtin.iiij.ſententiarum.q.v.de ca.
ſacris.patuit ſupra ꝙ ſc͂m Hoſtien͂.procedit in exco͂
municato cum participa͂tibus beat⁹ Tho.xviij.di.
iiij.ſente͂tiarum.q.vij.dicit.ca.ſacris.procedere de
communione in diuinis vel vt dicit ide͂ iudicium eſt
de veniali qd̄ ⁊ de mortali quantum ad hoc qd̄ no͂ ſit
co͂mitte͂du͂ propter quecu͂que metum. Aliter reſpo͂
deo ꝙ procedit dum metu cogitur in contemptum
ſente͂tie ⁊ directe ad hoc agitur vt preceptum eccle
ſie tranſgrediat͂ de quo lati⁹ dixi primo quodlibeto
in ſolutione ad quintum contra eam partem conclu
ſionis que dicit nihil fieri debere aut poſſe contra
veritatem vite pro ſcandalo vitando ad.c.ſignifica-
uit:licet quidam velint ꝙ procedat in excomunica-
tis cum participantibus:alij ꝙ in communicantib⁹
in crimine crimininoſis:co͂munis tamen ſententia do-
ctorum habet ꝙ procedit quinque concurrentibus.
Primum ꝙ communicantes ſint clerici. Secundu͂



ꝙ ſcie͂ter communice͂t. Tertium ꝙ ſponte. Quartu͂
qd̄ in diuinis. Quintum qd̄ excommunicatis a Pa
pa. Ratio autem aſſignatur a doctoribus quare po
tius ſit mortale communicare excommunicato in
diuinis q̄ in alijs:quia illa communio ex inte͂tione
ſemper eſt prohibita ſicut ⁊ communio in crimine
damnato. Communio autem in alijs ſolum eſt ꝓhi-
bita niſi cum participantibus excommunicatus fu
erit aut alia legitima cauſa ſubſit quod intelligo ꝓ
cedere cum effectu quando ſpecialiter ⁊ nominatim
moniti fuerint ſecundu͂ forma͂.c.conſtitutione͂. De
ſe͂t.excom.lib.vj.ad c.fi.xj.q.iij.dico ꝙ ꝓcedit qua͂
do vitatio eorum neceſſaria fuerit vt ſe͂te͂tia non co͂
te͂natur:vel pro eorum reductione aut aliorum cau
tela: Tunc enim communio eſſet mortalis ex craſſa
ignorantia vel negligentia improbabili. Vel dico ꝙ
parua culpa licite poteſt ad errorem aliorum acrit͂
puniri:immo ⁊ factum nullo modo culpabile iuxta
regulam ſine cauſa.de reg iur.lib.vj. Quomodo ca.
fina.dicere videtur punie͂dum qui neceſſitate cuiuſ-
cunque maximi negocij ⁊ maxime neceſſarij eorum ſe
L conuictu ⁊c͂. ¶ Ad tertiam ratione͂ dico quod ſolu͂
probat quod cauſa legitima ⁊ ſufficie͂te ſubſiſte͂te
quare p̄cipi debeat ſi quis pretereat ſeu tranſgredi
atur ſuꝑioris vel parentis p̄ceptum peccat morta-
liter. Non aute͂ ꝙ paſſim omnis tranſgreſſio p̄ce-
pti humani ſit mortale immo large vte͂do vocabulo
precepti poteſt quis tranſgredi multa precepta iu-
ris nature ⁊ dei ſine mortali culpa:vt p̄ceptum non
M me͂tie͂di:p̄ceptum non dice͂di verbum ocioſum ⁊ ſic
de multis alijs. ¶ Ad rationes poſt oppoſitum q̄
probare vide͂tur quod nulla tranſgreſſio humani p̄-
cepti vt huiuſmodi ſit mortale peccatum. Ad pri-
mam dico ꝙ quarto precepto decalogi iubemur pa
re͂tibus obedie͂tes eſſe ſub nomine vero parentum
etiam ſuperiores ⁊ prelati comprehe͂duntur. Ad
ſecundam dico quod totus ille ſermo in monte addi
to quedam eſt ad lege͂ ⁊ prophetas ⁊ adimpletio p̄-
cipue mandatorum decalogi que ſermo ille preſup-
ponit vt apertiſſime conſtat ex decurſu textus:iam
vt ſtatim dixi quarto precepto decalogi mandamur
parentibus ⁊ ſuperioribus honorem non reuere͂tie
tantum ſed ſubue͂tionis ⁊ obedientie exhibere:im-
mo ⁊ ipſemet deo in ſe vel ſuis creaturis prout or-
do quem rebus incidit ⁊ continuo adminiſtrat req̄-
rit. Hinc eſt ꝙ concordi doctorum ſe͂te͂tia qui ege͂
ti de ſuperfluo cibi:ad neceſſitate͂ ⁊ ſtatum non ſub-
uenit contra hoc preceptum (quod tamen minus vi
N detur) peccare conuincitur. ¶ Ad confirmationem
Deuteronom. ⁊ Prouerbiorum dico quod pecca-
re͂t quicunque preceptum dantes ipſum ex hoc dice
rent diuinum preceptum adijcie͂tes aliquid nume-
ro mandatorum dei ſupra quam ſe veritas habꝫ lau
dabiliter tame͂ doceri poteſt ⁊ veritas qd̄ p̄cepta
pare͂tum ⁊ ſuperiorum modo legitima cauſa ſubſit
etia͂ obliga͂t ad mortale pc͂m͂ vt patꝫ ex dictis.

Tertius articulus eſt:an licet cuique in ſuis
defe͂ſionibus vel impetitionib⁹ indiffere͂-
ter qualibet iuſta lege vti. Et videtur ꝙ
ſic. Primo quia hoc poſſumus quod iure
poſſum⁹.ff.de verborum ſignifi.l.nepos
proculo.⁊ ſꝫ Aug. Nemo peccat legis auctoritate
vte͂s.xxiij.q.iiij. q̄ peccat. Preterea dicit Ambro.
Bonus iudex nihil ex arbitrio facit vel ꝓpoſito do
meſtice voluntatis ſed ſicut audit ſc͂m leges pro-
nunciat. Statutis iuris obtemperat non indulget

proprie voluntati.iij.q.vij.iudicet. Et co͂firmat͂ q̄
non naſcitur iniurie occaſio vnde iura naſcu͂tur. C.
vnde vi.l.meminerunt ⁊ quod iure fit iuſte fit.xiiij.
q.iiij.quid dica͂.de verborum ſignificatio.ius.ergo.
¶ Preterea ſi non ſequitur ꝙ no͂ liceret homini lu-
crum excede͂s iuſtu͂ p̄cium ſeruare q̄q̄ citra mediu͂
iuſti p̄cij alium eme͂do aut ve͂de͂do deceperit cuius
falſitatem oſte͂do. quia in p̄cio emptionis ⁊ ve͂ditio
nis naturaliter licet contrahe͂tibus ſe circumueni-
re.l.in cauſa.ff.de minoribus. Et.ff.locati.l.item ſi
precio ducitur. Quemadmodum in eme͂do ⁊ ve͂de͂-
do naturaliter conceſſum eſt qd̄ pluris ſit minoris
emere:⁊ quod minoris ſit pluris ve͂dere: ita ſeinui-
cem circumſcribere. Idem in locationibus ⁊ condu-
ctionibus iuris eſt. Et confirmo illam probatione͂
falſitatis ſequele quia ſolo iure imperatorum ha-
betur diuiſio rerum ⁊ illo ſublato nemo audebit di
cere hec res eſt mea hec villa eſt mea:vt dicit Augu
ſtinus in Ioan.allegatur.viij.diſtinction.quo iure.
Ergo licꝫ in tuitionibus ſeu defe͂ſionibus tempora
lium vel impetitionibus qualibet lege iuſta vti.
¶ Pro huius deciſione p̄mitto ꝙ duplex eſt equi- A
tas. Vna abundans que ſupererogationis eſt ⁊ con
ſilij ⁊ iſtam preterire ſiue ſcripta ſiue non ſcripta fu
erit nulla omnino culpa eſt: p̄cepto inquit Augu.
non obedire peccatum eſt: conſilio vero ſi vti nolue-
ris boni minus adipiſceris ſed mali nihil perpetra-
bis.xiiij.q.j.quiſquis:⁊ cap.ſeque͂ti. Huius exem-
plum eſt ꝑ eſt depoſitum rancorem equu͂ eſt etiam
ſatiſfactionem remittere ſed ad hoc non obligamur
xc.diſtinct.ſi quis contriſtatus. Alia eſt equitas in
limitibus virtutis ⁊ vltimo rationis recte que p̄te-
riri nequit niſi fiat iniquitas. Secundo p̄mitto qd̄
publice poteſtatis eſt communi vtilitati inte͂dere:⁊
ea ſtatue͂do iudicando exeque͂do prouidere:q̄ ad pa
cificum conuictum hominum noſcuntur magis pro
futura quanquam occaſionaliter ex hoc foueantur
quorundam peccata. Hinc voluit Bartholome⁹ in
extrauagante ad reprima͂dum in verbo denunciatio
ne͂. Qꝫ contra eum qui tutus eſt exceptione rei iudi-
cate non eſt admitte͂da denunciatio quantumcunque
maneat in mortali peccato niſi in certis caſibus pu-
ta ſi de nouo reperiantur inſtrume͂ta ⁊ ſic de alijs:
quod limitat Panormitanus.ca.nouit.de iudicijs
niſi ex confeſſione partis conſtet ſe͂te͂tiam iniuſtam
eſſe:vel alias notorie aut certe per clara iudicia oſte͂
dere poſſit peccatum detine͂tis: Probo illud ſuppo
ſitum per ſimile recte medetur Phyſicus quanq̄
paruam egritudine͂ alicuius membri induxerit: vt
ꝑ medicinam adhibitam a letali curet:ergo ſimilit͂
in propoſito. Nec obſtat ſi occaſionaliter crime͂ quo
rundam adauxerit cum mandatum dei ſic peccatuꝫ
auxiſſe legatur occaſione (inquit Apoſtolus) acce-
pta peccatum ꝑ mandatum operatum eſt in me omne͂
concupiſce͂tiam.ad Romanos.vij. Sꝫ dices lex que
fouet pc͂m͂ non eſt lex iuxta.c. ex parte.de conſue.
vbi eſt textus ꝙ corruptela eſt ⁊ non conſuetudo q̄
peccato fome͂tum p̄bet vt quod vir prodigalitatis
vicio laborans vel incuria ſuis facultatibus conſu͂-
ptis bona tam mobilia quam immobilia vxoris pro
ſuo libito expe͂dit:⁊ qd̄ mulier rupta fide thori com
mitte͂s adulterium:nihilominus medietate͂ omniu͂
bonorum que vir eius adeptus fuerit improbe exi-
git ⁊ apprehe͂dit. Item de preſcriptionibus ca.fi.
dicitur ꝙ omni conſtitutione derogandum eſt que
ſeruari no͂ po͂t ſine mortali peccato: ex quo trahit

Panor. c. quia plerıq̃. de immunitate eccleſiarum.
q. vij. hanc maximam. Qꝛ nunq̃ ius canonicum fun-
dans ſe ſuper veritate inducit aliquid cum periculo
anime id eſt cum peccato mortali etiam quãtum ad
forum iudiciale. allegat etiam ca. Mattheus. de ſy
monia. vbi dicitur. Nihil prodeſt homini ſi vniuerſũ
mundum lucretur anime vero ſue detrimentum pa
B tiatur. ¶ Reſpondeo. ſicut ſuperuacuis laborat im
pendijs qui ſolem faſcibus certat adiuuare. xj. q. j.
Si omnia ita in vacuum ⁊ fruſtra [illegible]tur qui legẽ
omnium voluerit peccata excludere: tolle ĩquit Au
guſtinus de libero arbitrio: meretricia ⁊ omnia con
fundes libidine. Et do exemplum vbi ius cano. fun
dans ſe ſup veritatẽ ⁊c̃: quia ad inſtantiam vſurario
rum dicit cogendos debitores ad ſoluẽdum vſuras
ſi ſuper earum ſolutione iurauerint: ſed poſtquam
ſolute fuerint creditores eccleſiaſtica ſeueritate re
ſtituere cogẽdi ſunt ca. debitores. de iureiuran. vbi
fundans ſe ſuper veritate ꝙ ſcilicet ſint vſure vtẽs
vocabulo vſurarꝫ inducit aliquid cum peccato par-
tis agẽtis. Siĩr ſtatuit ꝙ ordinarius quia ei nõ co-
gnitio ſed executio demandatur: tenetur delegati
ſententiam exequi q̃uis ſciuerit eam iniuſtã niſi de
legatũ inducere poſſit vt ab hoc onere ipſum abſol-
uat ca. paſtoralis. de offi. ⁊ poteſtate iudicis delega
ti: ⁊ tamẽ vt plurimum fit cum peccato partis que
ſententiam iniuſtam obtinet. Item lege dei tenetur
quis ſepe alteri obedire in quo obedientiam requi-
rens ſeu exigens peccat vt patet Numeri. xxx. Et
ſumptum ex illo. c. manifeſtum. xxxiij. q. v. quare er-
go ius cano. fundans ſe ſuper veritate non poſſit in
ducere aliquid cum peccato. Itẽ omnium doctorũ
ſñia mulier tenetur marito debitum reddere: q̃uis
ob voluptatẽ petat vel in die feſto: quare ergo non
poſſet ius cano. ſtatuere vt ad hoc veniat compellẽ-
da ⁊ tamẽ fiet cum mariti peccato in illis caſibus.
Item ſtatuit ꝙ in minoribus annis conſtituti ſi ſuſ
cepto religionis habitu ante profeſſionem intra an-
num monaſterium exierint poſſunt libere in eccl'ijs
miniſtrare ⁊ non ſunt ꝓpter hoc amouendi. Et tñ
ſi fuerint doli capaces ⁊ abſolute voluerit vitã mu
tare obligant̃ religiõi: inmo Juno. decretalis illi⁹
auctor excepit cum ſint doli capaces vt refert glo.
in. c. poſtulaſti. de regu. ⁊ tranſeũtibus ad religionẽ
Non tamen dico ꝙ monachat⁹ tenet ante annos pu
bertatis completos. de quo remitto ad ca. firma. xx
q. j. ⁊ ea que tractant doctores ibidem. Idem vult
ius canonicũ de his qui expꝛ̃ſſe emiſerũt ſimplex vo
tum religionis. ar. c. de viduis ſcd̃o. xxvij. q. j. Et tñ
peccant non adimplentes votum: idem vult de intrã
te religionem vxore manente in ſeculo ⁊ non vouen
te continentiam: vt reuocetur ⁊ reddat debitum vx
C ori que peccabit exigendo. xxxiij. q̃ſt. vij. ꝙ deo pari
voto. Idẽ. xxvij. q̃ſt. ij. Agathoſa. ¶ Ad rationes
dico. Ad primam quamuis ex legis diſpoſitiõe qui
dam reddantur promores ad peccandum ſi tamẽ ex
parte altera per legem vel conſuetudinem grauiori
bus obuiam itur vel pluribus lex illa vel conſuetu
do non eſt iniuſta vel nulla tanq̃ fouens peccatum
Sed quãtum poteſt cẽſetur excludere peccata. Et
certe niſi ſic nulla valeret lex conſuetudo vel ſtatu-
tum ratificans mercatum initum in ſacro loco. vel
in die feſto aut dominico aut matrimonium contra
eccleſie vel iudicis interditum contractum cũ ma-
nifeſtiſſimum ſit homines ex hoc promores reddi ad
ſic contrahẽdũ quod eis vtiq̃ peccatum eſt. allega-
tum vero ca. ex parte. procedit cum abſq̃ vtilitate
ſpirituali foue tur quorũdã peccata: ſimile dico ad
ca. fi. de p̃ſcrip. ꝙ ꝓcedit niſi ex oppoſito diſpoſiti ꝑ
legẽ grauius vel maius ꝑiculum immineat ſic iuſta
eſt lex diuortij. Deterono. xxiiij. Quãq̃ promores
quoſdam ad diuittẽdum culpabiliter ſuas vxores
effecerit ſm cõmuniorẽ theologorum ſentẽtiam: q̇
tenẽt diuortiũ tale cum ſupductu vxoris alterius
ſemꝑ fuiſſe illicitum. Et ex hoc probabil'r ſuſtineri
poteſt ꝙ lex concedẽs p̃ſcriptionem cum mala fide
fuerit iuſta ad lites dirimẽdas ⁊ ꝙ ſeruari debeat ĩ
foro laicali extra terram ſedis apoſtolice. Confir-
mat p̃dicta qꝺ ſup facto inducit p̃ſumptionẽ exclu
dẽs ꝓbationẽ in cõtrariuꝫ quo ſepe fouentur mul
torum peccata ꝙ tñ facit lex vt grauioribus vl' plu
ribus occurrat alias nihil foret aliꝺ q̃ oculos clau
dere ne veritatem agnoſcerent qua deprehenſa ⁊c̃.
Etiam ſi ex actis conſtet eum matrimoniũ noluiſſe
conſummare vel in ipſum quouis modo cõſentire:
puta coram teſtibus hoc proteſtatus ſic ad carnale
ↄmerciũ admiſſus eſt a ſpõſa audiente ⁊ cõſentiẽte
in ꝓteſtationẽ nihilominus iudicandum eſt in foro
exteriori pro matrimonio vt volunt doctores in. c.
is qui fidẽ. de ſpõſa. ꝙ nullo modo liceret niſi ꝑ viã
illam oporteret occurrere illuſionibus que ꝟiſimi-
liter fierẽt in matrimonio. ¶ His p̃miſſis pono hãc D
vnicam cõcluſionẽ reſponſalem. Nemini licet ſtatue
re iudicare vl' aliud cõtra equitatem ſiue ſcriptã ſi
ue nõ ſcriptã expetere. Et intelligo de equitate nõ
abundanti ⁊ ſuperogationis: ſꝫ ſcd̃o modo dicta ꝓ
bo ſic. Nulli licet iniquitatẽ facere etiam ſi fuerit
publica poteſtas vnde Apoſtolus. j. ad Corint. vj.
An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſſidebũt
Itẽ Leuitici. xxiiij. Equum iudicium ſit int̃ vos ſi
ue ciuis ſiue pegrinus peccauerint quia ego domi-
nus deus veſter. Et pſal. lxv. Iniquitatẽ ſi aſpexi
in corde meo non exaudiet dominus ⁊ in promptu
eſt ratio qꝛ hec iniquitas ſẽmꝑ eſt vitium a medio
rationis recte recedãs cõtraria equitati' ſcd̃o mo-
do dicte. Sed nulli vnq̃ licet peccare ergo nec iniq̃-
tatem facere. Item cõmune iuramentum iudicũ eſt
ſeruare vtriq̃ parti equitatẽ vt dicitur in autenti-
co iuſiurãdũ nõ obſtat lex pria. C. de legib⁹ ⁊ cõſt.
principum. Cum dicitur inter equitatẽ iuſq̃ inter
poſitã interp̃tationem nobis ſolis ⁊ oportet ⁊ lꝫ in
ſpicere quia probat ſolum inferiores a principe nõ
poſſe ꝓ equitate non ſcripta ſñiam ferre: ſed certe
nec probat ꝙ contra equitatẽ etiam non ſcriptã de
beant vel poſſint ſñiam ferre. Unde emergente ca-
ſu quo ſñia ſcd̃m ius ſcriptum obuiaret equitati te
netur iudex ad ſupiorẽ puta principem remittere:
qui poterit ⁊ tenebitur contra rigorẽ pro equitate
nõ ſcripta iudicare. ¶ Ex his infero primo ⁊ ſi ius E
actionẽ nõ concedit decepto citra medium iuſti pre
cij quiſq̃ tñ diuino iure tenetur alteri refũdere q̃
tum habet vltra iuſtum p̃cium: niſi forte modicum
fuerit vt iuxta Scoti ſñian. v. diſtinct. iiij. Preſu-
mantur inuicẽ cõdonaſſe. vnde triplex eſt gradus iu
ſti p̃cij: quidam rigidus ⁊ eſt extremus: quidam gra
tioſus eſt infimus: quidam diſcretus ⁊ eſt medius
inter hos gradus eſt equitas naturalis ſed ſupra vl'
infra eos eſt iiquitas iure poli. ꝓbo natali iure opꝫ
cõmertia fieri ſm proportionẽ arithmericam que
cõſiſtit in equalitate quãtitatis: vt patet. v. Etico.
Itẽ Leuitici. xix. Non mẽtiemini nec decipiet vnuſ
quiſq̃ proximũ ſuũ. Et Apoſto. j. ad Theſſal. iiij.
Ne quis ſupergrediatur neq̃ circunueniat̃ in nego
cio fratrem q̃m vindex eſt de his omnibus domin⁹.
Et Augu. xiij. de trinita. cap. iij. reprehendens mi-
mum illum dicit. Reuera vitium eſſe velle vili eme-
re ⁊ caro vendere. Et ad legẽ in cauſe. Et ad legem
itẽ ſi p̃cio allegatas in tertio argu. Rñdeo poſt In
no. c. in ciuitate. de vſuris. ꝙ licet iure fori ſed nõ iu
re poli. Et ſi replicaueris tũc lex illa eſſet iniuſta:
qꝛ foueret ⁊ defenſaret iniquitatem ſic cõtrahẽtiũ.
Et qui alienũ defendit errorẽ dãnabilius ipſe pec-
cat ⁊ errat. xxiiij. q. iij. qui aliorũ. Etiã lex faceret
iniquitatẽ illã eſſe ſuam. Omia enim noſtra facim⁹
quibus auctoritatem noſtram impartimur. C. De
veteri iure enucleando. l. j. Tum qꝛ ſic non liceret iu
dici partẽ conuentam ad totum p̃cium condemnare
conſtito ex actis ꝙ decepta ſit citra tamen medieta-
tem iuſti p̃cij: ſeq̃la patet: quia dicit cõcluſio quod
nemini licet cõtra equitatem iudicare. ¶ Rñdeo ad
primum lex nõ cenſet̃ fouere pctm̃ quando expedit
ad occurrendum pluribus vel grauioribus crimini
bus ſic cõſtitutum eſſe vt in ꝓpoſito ne paſſim homi
nes inuicem ſe moleſtent ⁊ infinitis q̃ſtionib⁹ ſe in-
uicem ſup cõtractibus impetãt hoc modo licuit iu
deis condẽnare alienum ad ſoluendũ vſuras iudeo:
tãq̃ in caſu ꝑmiſſo a deo. Deutero. xxiij. Non fene-
rabis fratri tuo ad vſurã ſed alieno: q̃q̃ iudeo pec-
catum erat vſuras petere ⁊ accipe ab alieno ⁊ ꝓ di-
uortio ad datum libellum repudij: qꝺ tñ repudium
ſm cõmunẽ doctorum ſñiam eis erat illicitum. in-
telligo poſt doctores cum ſuperductu ſcd̃e vel ſi fi
at propter ſolã corporis feditatẽ aut aliam indebi
tam cauſã ſine cõcurſu adulterij. Sed tunc lex aut
ſñia faceret iniquitatem quando iuxta recte ratio-
nis ſtateram non conuenit inter homines iudicari vl'
cõſtitutum eſſe vt hũc caſum compꝛ̃hendat quo caſu
procedit verbum Philoſo. ij. Rhetorice. c. de locis
enthimematum: vt piſcib⁹ marinis ſale ⁊ oliuaceis
oleo: ſic legibus ipſis lege opus eſt qua corrigãtur
idem tradit ſentẽtialiter. v. Ethi. c. de epikeya. Pa
tet ergo quomodo lex illa de deceptione citra dimi-
dium iuſti p̃cij: neq̃ fouet iniquitateꝫ neq̃ facit eã
ſuam ſed potius occurrit grauioribus ⁊ pluribus
hominum peccatis quanq̃ occaſionaliter quidã ex
G ea fomẽtum peccandi ſumãt. ¶ Aliter reſpõdeo ad
primum ⁊ ſcd̃m ſimul licet lex ⁊ iudex ſententiant
ꝓ parte iniqua hoc tñ faciunt de aſſenſu ſaltẽ debi-
to eius contra quẽ ⁊c̃. Leges ei quib⁹ forũ publi-
cum dirigi habet nulla alia de cauſa nos tenẽt quã
ꝙ iudicio populi ſunt recepte. l. de qb⁹. ff. de legib⁹
Et qꝛ populus omne imperiũ ⁊ poteſtatẽ in princi
peꝫ conceſſit. ff. de conſtitutionibus principum. l. j.
Idẽ iudicium eſt de conſtitutiõibus principum cõ
ſentiẽti aũt non fit iniuria iuxta regulam ſciẽti de
regu. iur. lib. vj. Non aũt ita cõſentit in exactionem
iniquã partis ſicut in hoc vt fiat qꝺ cõmuni vtilita-
te in cõſimilibus expedit ⁊ eſt neceſſarium. Huius
H ſimile eſt de cõcurſu dei ad actum furti ⁊ ſi quis iu
uet furẽ aliena efferre ne graui⁹ ledat quo caſu eo-
dẽ facto fur peccat non alius. ¶ Secundo infero in
his que dãna rerum cõcernũt licite poteſt iudex ſꝫ
allegata ⁊ ꝓbata iudicare cõtra veritatẽ quã nouit
vt priuata ꝑſona. ſecus in dãnis corporis vt occiſi-
one mutilatione vel detrũcatione mẽbri: pro prima
parte faciũt textus innumeri ⁊ ciuilis ⁊ canonici iu
ris. c. paſtoralis de officio delegati. c. iudicet. iij. q.
vij. c. ſummope. xj. q. iij. l. illicitas. ff. de officio preſi-
dis vt ſupra deduxi. Populus facultatẽ habet cõ-
ſentiẽdi ⁊ ius tribuẽdi vt ſic iudicetur ⁊ hoc fecit:
nulla ergo fit cuiq̃ de populo iniuria ſi ſic iudicet̃
⁊ mãdetur executioni. Secũda pars patet qꝛ homo
nõ habet liberam membrorum ſuorũ diſpoſitionem
ſed ſolũ ad metas iuris naturalis puta ne alias to-
tum corpus pereat ⁊ in caſibus ſimilibus: Unde ad
Gala. iiij. inquit Apoſto. teſtimonium perhibeo vo
bis quoniam ſi fieri poſſet oculos veſtros eruiſſetis
⁊ dediſſetis mihi eos vbi poſſe ſm glo. negat qꝺ fie-
ri nequit ꝑ iuſtitiam ⁊ ſi vtriq̃ fieri poterat ꝑ poten
tiã. Itẽ probat idẽ lex liber homo. ff. ad legẽ a q̃liã.
Hanc partẽ etiam firmat verbum dñi. Exodi. xxiij
Inſontẽ ⁊ iuſtum non occides neq̃ poſſet hoc caſu
lex iuſta dici occidere hominẽ ⁊ nõ homo iuxta ver-
bum Auguſt. in. q. Leuitici. Cum homo iuſte occi-
dit̃ lex eum occidit non tu. xxiij. q. v. ſi homicidium.
quia facultatem nullam habet niſi a deo ſpecialiter
vel hominibus. Ex hominibus vero non põt ad hoc
auctoritatem habere cum non poſſunt homines plu
res iuris transferre q̃ eis competere dignoſcatur:
iuxta regulam nemo plus. de regu. iur. lib. vj. Non
etiam a deo vt certum eſt: ergo. Hanc opinionẽ te-
tet Inno. c. paſtoralis. de officio delegati. Et cõmu
niter doctores theologi propter verbum Exodi al
legatum. Circa predicta tamen aduertendum eſt:
Qꝛ ⁊ ſi liceat iudici in his que damna rerum concer-
nunt iudicare ſm allegata ⁊ ꝓbata nunq̃ tamẽ licꝫ
cõtra conſciẽtiam iudicare ſi enim opinetur vel cre
dat ſm allegata ſentẽtiandum eſſe contra veritatem
quam nouit vt priuata ꝑſona in nullo contrauenit
conſcientie. ſi vero tenet non licere vt ſic iudicet̃ nul
la eum excuſare poteſt publice poteſtatis auctori-
tas. Stultiſſimũ enim eſt vt quis dicatur bñ agere
q̇ id facit qꝺ credit malũ eſſe ⁊ nõ licere. Ex quo pa
tet abſurditas Hoſti. ⁊ domini Cardinalis cũ aliã
euadẽdi viam non viderẽt dixerunt iudici licere vt
cõtra conſciẽtiam agat: ⁊ illud Qui agit contra cõ
ſciẽtiam edificat ad gehẽnam procedere in priuato
non in iudice eſtimantes iudicẽ non poſſe cõtra ve-
ritatẽ quã nouit iudicare quin cõtra cõſciẽtiã hoc
faceret. Tertio infero ꝙ nemini licet contra aliũ ad
ſui cõmoditatẽ. l. fundata ſup p̃ſumptione vti mo-
do ei conſtiterit p̃ſumptioni veritatem minime cor-
reſpõdere ſiue ius admittat cõtra p̃ſumptionẽ ꝓba
tionẽ ſiue non. verbi gratia lex diſponit heredẽ qui
ſine beneficio inuẽtarij hereditatẽ adierit ad oĩa
debita ⁊ legata teneri p̃ſumens niſi ſufficiat heredi
tas ꝙ eã fraudauerit. C. de iure deliberandi. l. fina.
ſi creditor vel legatarius ſciuerit eũ nihil fraudaſ-
ſe non poteſt ſalua conſcientia debitũ vel legatum
ſupra vices hereditatis extorquere vnde Philoſo.
v. Ethicorum. c. de equitate ſeu epikeya. Bonus ⁊
equus vir non amplectitur ius ad peiorẽ partẽ ſed
de ſuis commodis detrahi patitur ⁊ ſi lege ſe tueri
poſſit: idem patet quia vt in primo articulo deduxi
ceſſante cauſa ceſſare debet ⁊ effectus ⁊ p̃ſumptio
cedit veritati. c. veritati. viij. diſt. Et tenẽt idẽ con-
corditer doctores poſt Inno. c. quia plerıq̃. de im- K
munitate eccleſiarum ¶ Ad rationes añ oppoſitum.
Ad primam reſpondeo: hoc poſſumus foro iudicij:
qꝺ iure humano poſſumus. quia iudiciũ illo iure re
gulari habet ſed nõ ſemꝑ idẽ poſſumus in foro con
ſciẽtie. vnde Auguſt. in ſermone de vita cle. quidam
nec hñs ꝓles neq̃ ſperãs ſaluo vſufructu donauit
omnia ſua eccleſie: nati ſunt ei preter ſpem filij red-

Universidad de Deusto Biblioteca



didit epiſcopus que donauerat in poteſtate inquit Augu. habet epiſcopus non reddere ſed iure fori non iure poli. xvij.q.vi.c.ſi. Quod ⁊ ſi iuriſte quidã conẽtur exponere: ꝙ ius poli. id eſt naturale aut diuinum non induxit diuiſionem ſed omnia ſunt communia fruſtra eſt: quia licet diuiſionem non induxit diſponit tamen vtiqꝫ quomodo licet aut nõ licet diuiſionem ſeu res partitas ſeruare: ⁊ Augu. voluit epiſcopo illicitum fuiſſe diuino iure ſeu poli quod iure fori ⁊ humano tutari ⁊ defẽdere ſe u vſur pare ſibi poterat qꝺ vero dicit Aug. qui peccat nõ legis auctoritate peccat: loquitur ad literã de lege diuina vt apertiſſime ⁊ clariſſime ex legibus quas introducit ibi patet detrahentem in ſecreto ꝓximo ſuo hũc perſequebar: ⁊ qꝺ Apoſtolus tradidit quẽdam ſathane vt diſcat non blaſphemare. ⁊ ꝙ hoc velit pꝫ ex eo qꝺ in principio adiungit ſed peccat contra legis auctoritatem: multi aũt peccãt qui non peccãt contra humane legis auctoritatem: verum eſt tamẽ ꝙ nemo etiam peccat auctoritate legis humane: qꝛ facultatẽ non habet concedẽdi vt quis peccet: ⁊ vbi aliquid ꝑmiſerit criminoſum non dat facultatem aut auctoritatem crimen ipſum committendi. Vel ſecundo reſpondeo hoc poſſumus qꝺ iure concedente poſſumus non aũt omne qꝺ iure ꝑmittente quandocunqꝫ aũt pars exigens peccat licet ius ei aſſiſtat vt grauioribus obuiet non concedit tamẽ neqꝫ dat parti ad hoc faciendum facultatem ſed eſt ꝑmiſſiuũ quoad hoc ſicut in veteri lege de commodãdo ad vſuram extraneo vel repudiando vxorem cum ſuperdu-

L ctu alterius de quo ꝑius dixi: ¶ Ad ſecundũ patꝫ quo caſu licet iudici ſꝫm allegata ⁊ probata iudicare ⁊ quo nõ. Et ad confirmationem iuſte fit qꝺ iure fit verum eſt ſi iure conceſſiuo: ſecus ſi iure permiſſiuo ad ſenſum ſtatim dictum. ¶ Ad tertiũ etiam re-

M ſponſum eſt poſt Inno. ꝙ licet iure fori non iure poli. Et ſi replicetur qꝛ textus dicit naturaliter licet contrahentibus in ꝑcio emptionis ⁊ venditionis ſe circunuenire vt dicta lege. Itẽ ſi pro ꝑcio dicetur naturaliter conceſſum ⁊c. Reſpondeo. qꝺ naturalr̃ lꝫ iure fori id eſt naturali rõe ſic conuenit: ⁊ neceſſe eſt ſtatuere iure fori in odium litium: ⁊ hoc innuit lex itẽ ſi ꝑcio cum dicit conceſſum eſt: ſed hoc non ꝓbat iure nature bonum eſſe ⁊ licitum parti circũuenienti ſaltẽ ſcienter circũueniendo. Vel dico naturaliter licere re ipſa circunuenire ꝓpter difficultatẽ ſciendi vera ꝑcia rerum. ſꝫ non ſcienter ex animo quĩimmo vbi re ipſa circũuenit ⁊ poſt ei innotuerit tenet naturali iure quãtum decepit refundere cum iuſtitia cõmutatiua cõſiſtit in medio rei equalitate videlicet eoꝝ de quibus fit commutatio vt patet. v. Ethi. ꝙ ĩtelligo poſt beatũ Tho. ſcꝺa ſcꝺe. q. lxxvij. art. primo. Si notabilr̃ dãnificatus ſit quia ipſe dicit difficile eſt pũctaliter rei ꝑcium ſcire: ⁊ ſꝫm Scotum. v. diſt. iiij. qꝺ modicũ eſt inquit videtur cõtrahẽtes inuicẽ donare. ¶ Ad confirmationẽ dico qꝫ diuiſio ſolo humano iure inducta eſt ⁊ habetur diuiſio rerũ: ius tamẽ diuinũ ⁊ naturale diſponũt quomodo oportcat res iam diuiſas adinuicem commutare aut pro precio diſtrahere.

¶ Prima queſtio ſine argumẽtis

N P ropter quod ꝑcepit Philoſophus oĩa lege determinari oportere ⁊ qꝫ minima relinqui iudicibus cũ leſbie edificatiõis oportcat plũbeam regulã eſſe que ad figurã lapidis trãſmutetur. ¶ Philoſoph⁹. j. Ethi. tres cauſas ſeu rationes aſſignat quare ea ſolum iudicibus cõmitti debeant que legiſlator predeterminare non potuit vt eſt facti cognitio ⁊ ſimilia. Prima quia facilius eſt vnum aut paucos inuenire qui legem ferre poſſunt qꝫ multos: iudicum autem reqritur magna multitudo. Secunda quoniã longitẽporis conſideratione leges ferũtur quũ iudicia breuiſſime cõficiãtur: ⁊ ita difficile eſt vt bñ a iudicib⁹ iuſtum ⁊ cõducibile diſtribuatur. Tertia quã potiſſimã ⁊ maximam cauſam eſſe dicit quia legiſlatoris iudiciũ non de ſingulis nec de ꝑſẽtibus ſed de vniuerſalibus ⁊ futuris eſt: ſenator vero aut iudex de ꝑſẽtibus iamqꝫ determinatis iudicat. vnde fit cuꝫ amẽt aut oderint ſua quoqꝫ vtilitas cõnexa ſit non ſatis qãnt ṽitatẽ ꝓſpicere ſed propria vel voluptas vel dolor iudicia obũbret. Et. iij. Politicoꝝ. c. xij. mota qſtione vtrum expediat magis ab hoĩe optĩo regi vel optimis legibus gubernari: adducit in argumẽtum ꝙ expediat magis a viro bono gubernari videmus leges ſolum vniuerſaliter ꝓuidere non ad ſingularia ordinare ⁊ in quacũqꝫ arte literis ꝑcipere fatuum eſt. Et ergo ſꝫm literas medicari vanũ eſſet meliuſqꝫ foret ſi poſſidentibus artẽ vtamur: hoc ſoluẽs dicit falſum exẽplum eſſe de arte puta medici quia illi nihil cõtra rationẽ ꝑ amicitiã agunt vt in magiſtratib⁹ multa ꝑ affectionẽ ⁊ gratiã cõſueuerunt delinquere ſi autẽ de fide medici timeretur ⁊ ſuſpicio foret ne ſuſcepto ab inimicis ꝑcio necare velit tunc ex literis magis curã optarem⁹ ⁊ egrotãtes medici alios medicos vocant quaſi neqãt verũ diſcernere qui de proprijs iudicãt ⁊ in affectu cõſtituti ſunt ⁊ finaliter ⁊ ſi minus fallit homo qꝫ hi q ſꝫm literas iudicant nõ tamẽ qui ſꝫm conſuetudinẽ. Et validiores ſunt leges q ex moribus ꝓueniũt qꝫ q ex literis: vnde ⁊ illud memoratu digniſſimum ibi firmat q legẽ ꝑeſſe iubẽt deũ ꝑeſſe iubẽt ⁊ leges: q aũt hominẽ iubet ꝑeſſe adiungit ⁊ beſtiã ſeuã quia libido talis eſt atqꝫ ira obliquos agit etiã viros op- B timos q ſũt in poteſtate. ¶ Cum vero in oppoſitum adducit ꝙ leſbie edificationis ⁊c. lapides patrie q dicta eſt leſbia quia duriſſimi ſũt ⁊ ꝑcidi ⁊ coaptari nequeãt opus eſt mẽſura plũbea q ad lapidis figuram tranſmutetur qua depẽhẽdi poſſit qua in parte muri vel domus cõmode locari debeant quo verbo Philoſophus. v. Ethi. c. de eqtate ſeu epikeya deducit opus eſſe decreto ſeu ſentẽtia q ſit emẽdatio legis vniuerſaliter aliqd tradẽdis qm̃ indeterminati indeterminata eſt regula. quẽadmodũ leſbie ⁊c. Et tãta varietas agẽdoꝝ vt nõ poſſit lex recte dicere cum debeat vniuerſaliter ferri. Et ergo opus eſt directiõe legis dico hoc prime parti ⁊ ꝓdeterminatis minime repugnare quia dũ nõ habem⁹ omnẽ negocioꝝ certitudinẽ deſpicimus ex his qdã ne cũctoꝝ patiamur diſpẽdia ſicut q mare nauigãt tẽpeſtate vrgẽte nauiqꝫ ꝑiclitante anxiari qdã exonerãt vt cetera ſalua ꝑmaneãt. j. q. vij. diſpenſationes ita in ꝓpoſito qꝺ lege determinari recte nõ põt alicui puta principi vel conſilio cõmittere oportꝫ vt ſcꝫ ꝑ eqtate nõ ſcripta ꝑ principẽ vl̃ cõſiliũ iudicet ſed qꝫ minus põt homini ſupra legẽ cõmittẽdũ eſt vt vult prima pars qſtionis q paſſim iudicib⁹ vberiorẽ voluerint tribuere facultatẽ vt ꝑter legẽ pro ſuo arbitrio iudicare poſſint: quia ad qdã foret vtile Steſichoꝝ audiãt ſcꝺo Rhetorice ca. de exẽplo populo ꝑſuadẽtẽ qui cũ Phalaridẽ imꝑatorẽ ꝯſtituiſſet ⁊ cuſtodes etiã dare deliberaret equus inqt: ſol⁹ paſcua



tria obtinebat quorũ dum ceruus adueniẽs paſcua deuaſtaſſet de vltione cerui hominẽ conſuluit ſi vna ſecum penas ex ceruo ſumere poſſet. At ille facile inquit ſi frenũ patieris ⁊ ego te in haſtã tenẽs aſcẽdero accepit equus conditionẽ aſcendit in ipſum homo ⁊ ita pro vltione homini equus ſeruiuit: quãobrẽ inquit ⁊ vos cauete ne cum velitis hoſtem vlciſci idem quod equus patiamini: frenum enim iam accepiſtis ꝙ imperatorem dictatorem conſtituiſtis: ſi vero cuſtodiam quoqꝫ dederitis atqꝫ aſcendere permiſeritis: ſeruietis profecto phalaridi. nos frenum recipimus cum iudices conſtituimus: quos ſi aſcẽdere ꝑmiſerimus vt facultatẽ habeant vl̃ guloſis ſuis iura interuertere ac pro voluntate iudicium ferre: dilationes concedere ⁊ cẽteraid genus opa ſeruiemus profecto iudicibus.

C lare dicit ſapiens acetum in vitro q carmina cantat cordi ꝑuerſo cum eiuſdẽ ſentẽtia: mollis rñſio irã frangere noſcatur ⁊ animum turbatum reducere ad teperiem. Pro huius diſſolutione eſt aduertẽdum ꝙ ſꝫm Philoſophuꝫ. iij. politicorum c. xxiij. mẽs abſqꝫ appetitu. i. ſine affectu ſeu paſſione lex eſt: ſed pace oĩm dixerim cum effectu ſeuiſſima belua cum enim iuxta ſnĩam Senece ſeuiſſima ſit iniuſtitia habens arma: quanto ceteris animantibus homo preſtat induſtria ꝓ affectu magis ſeuire cognoſcitur ⁊ quanto medijs abũdat difficilius a malo cohibetur quod affectat: operatur enim tria in homine terrenus affectus ſi min⁹ fuerit ⁊ ſupra quam par eſt immodicus. ¶ Primo ita mentẽ illi quod diligit infigit vt ceterorũ nihil aduertere credere amare vel dolere poſſit. Scꝺo corrumpit ⁊ interuenit iudiciũ rationis. Tertio vñ corrumpi deberet cõtrario fomentum ſumit. ¶ De primo philoſophus. Ethi. docẽs quẽadmodum voluptas extranea corrumpit operationem quia mentem diſtrahit: illud familiare exẽpluꝫ inducit. Qui fiſtulis delectant non poſſunt mentẽ adhibere ſermonibus ſi fiſtularum ſonum exaudierit. Itẽ Joãnis quinto. Non poteſtis credere qui gloriam abinuicẽ accipitis ⁊ eam que a ſolo deo nõ queritis. Itẽ prime ad Corin. ij. Animalis homo non ꝑcipit ea que ſunt ſpiritus dei ſtultitia eſt enim illi. Et non põt intelligere: quia ſpiritualr̃ examinatur. Itẽ ꝓuer. xviij. non recipit ſtultus verba prudẽtie niſi ea dixeris que ṽſantur in corde ſuo. Ratio huius quoniaꝫ affectus ita mẽtem viſco ſuo implet vt ſicut vas pice refertũ ceterorum nihil capere poſſit hinc mẽs auari ſemꝑ aurum ſemper argentum videt ſemꝑ reditus cõputat gratius intuet aurum quã ſolẽ: ipa eius ſupplicatio ad deũ aurũ qrit: ⁊ vellet atqꝫ optaret vt omnia ei in aurũ conuerterẽtur. Vñ recta eſt ſnĩa ſapiẽtis ſanguiſuge due ſunt dicentes affer affer ꝓuer. l. ſ. auaritia (vt Lyra exponit) ⁊ luxuria Creſcit eñ amor nũmi quantũ ipa pecunia creſcit. Et Ambro. ſermo. lxxxij. pueris nimiũ gule dedit indulgemus interdũ deſideratos cibos auidi⁹ ſumerevt nimietate ſua horreſcãt ⁊ auertãt ſe de reliquo ab huiuſmodi cupiditate. Auaritia nihil tale patit: ſed quãto plus inuenit tanto amplius qrit de luxuria idẽ tradit Philoſophus. iij. Ethi. ad finẽ. voluptatum appetitus inſatiabilis eſt ſtultoqꝫ vndiqꝫ affluũt. Et exequutio libidiis innatam cupiditatẽ ex auget quinimo ſi magne ⁊ vehementes ſint mentẽ a ſuo ſtatu dimouẽt. Quid igitur mirũ ſi ꝑter frena nihil vel credit cogitat vel amat qui alẽi filiaꝝ ſanguiſuge nuptus eſt: difficile eñ conſortium dilecti admittit qui totam anime vim ⁊ intẽſionẽ trahit cõuertitqꝫ ad ſe. ¶ Quod ſcꝺo peruertit atqꝫ corrũpit B rationis iudicium pꝫ: quia hoc omnis affectus habꝫ vt in quod ipſe inſanit ceteros furere putet. Unde Eccleſiaſt. x. ſtultus ꝑ viam ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos putat: ſtultus enim non qui ſenſu vacuus eſt cuius nullũ eſt rationis iudiciũ qui ſꝫm yſidorum fatu⁹ ꝓprie dicitur ſed qui ſenſum habet inſipiẽte moribus hebetatum. Aliquãdo tñ fatuus pro ſtulto ponitur Eccleſiaſt. viij. cum fatuis conſilium non habeas non enim poterunt niſi diligere q eis placent. Si igit nõ eadẽ videntur amantib⁹ ⁊ odientibus iratis ⁊ quietis: ſed omnino diuerſa vel ſaltẽ magnitudine ſcꝺo rhetorice. vt iudici nullam vl̃ paruam videatur reus iniuriã feciſſe ſi amet contra vero ſi oderit maximam: manifeſtiſſimum eſt affectum itercipere deliberatiõem: iudicium ꝑuertere ⁊ (vt philoſophi verbis vtar) mentiri facere circa practica ſeu agẽdorũ principia. vij. Ethicorum

¶ Quod etiam tertio de cõtrario: vñ vaſtari debe- C ret fomẽtum ſumat inſtar ignis qui dum aqua reſꝑgit flãmã emittit ⁊ ardet fortius: pꝫ primo qꝛ nitit ĩ vetitũ ſemꝑ cupimuſqꝫ negatum. vñ occaſione accepta pctm̃ ꝑ mandatũ inquit Apoſtolus: opatum eſt in me oẽm concupiſcentiã. ad Ro. vij. ⁊ glo. Matt. xiij. timor hoĩm differt ſed volũtatem nõ aufert: vñ ⁊ audiores reddit ad crimen quos aliqñ ſuſpẽdit a crimine. ⁊ Chriſoſto. ſicut fieri nõ põt vt ligna mittẽdo ignem extinguas ſic fieri nequit vt rationem reddendo places hoĩem malũ. iteꝫ Amb. ſmo. lxxxij. adhortationibus ſuis ad opa pietatis elecmoſynas ⁊ hmõi inducit auax rñdentem bona ſunt verba ſed melius eſt aurũ ſubiũgit Amb. nihil mirũ: nã ſi qs cũ ĩpudicis de pudicitia loquat ⁊ Scorta vituꝑet. ij ai qb⁹ libido domiat multo acri⁹ intendũt ⁊ eſt rõ vt ꝯtrariũ ſui oppoſiti niſi vicerit vi excitat ⁊ quaſi per antiphraſim quõ calor circũſtans auget frigus aqueputealis ſic qcquid magni paſſioni ꝯtrariũ obijcitur: cũ ſupare nequit magis intẽdit maxime cũ ex obiectis ſe in eis quibus afficitur homo contẽni putauerit tunc enim ⁊ affectus augetur ⁊ propugnatricem concitat iram vt iam ex ratione quaſi repugnantia pelli debere credat: male dicẽtibus enim ſtatim iraſcimur ⁊ vilipẽdẽtibus ea quibus maxie ſtudemus vt qui philoſophia gloriãtur philoſophiam vilipẽdẽtibus: qui forma formam cõtẽnẽtibus qui ergo vitia colentibus culparum ſnĩam reꝑhenderit ⁊ diuine legis carmina morbo huiuſmõi cõtraria cecinerit inſultationẽ neceſſe eſt reportet indignationem contumeliam ⁊ odium. Vñ recte dicit ſapiẽs acetum in nitro: eſt enim nitrum ſpẽs qdam ſalis calore ſolis aduſta in littore maris que ſuperfuſo aceto ſtatĩ fumat ⁊ crepitat vt calx viua dũ aqua perfunditur: conſimiliter conſcientia praua ⁊ cor ꝑuerſum vt reprehenſiua carmina audierit ſtatim maledicit: diſſecatur arguenti inſultat ⁊ per iram in cõtumeliam fumat ⁊ crepitat. Hic etiã ꝓuerbi. ix. dicitur qui erudit deriſorem ipſe iniuriam ſibi facit ⁊ qui arguit impiũ ſibi maculã gñat. ⁊ Mat. vij. neqꝫ mittatis margaritas vr̃as añ porcos: in ſceno. ſ. viciorũ volũtates: ne forte cõculcẽt eas pedib⁹ ⁊ ꝯuerſi diſrũpãt vos: ⁊ ibidẽ de ſãcto nõ dãdo oblatrãtib⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Qui vero experiri volet ſi terreno affectu plenus
prohibeatur a celeſtibus meditādis: amādis ⁊ cre-
dendis: aduertat ſi quibus ipſe mordetur libenter
audit diuina carmina ſiuere gaudet magnificari au
diens celeſtem gloriam ⁊ terretur de miſeria atq; de
pena inferi quoniā ſi non Ambroſij: non meā ſenten
tiam audiat. Timeo inquit ne pluribus veſtrum cō
ueniat euangelica lectio: cecinimus vobis ⁊ non ſal
taſtis: lamentauimus vobis ⁊ non planxiſtis: ann ū-
ciauimus vobis regni celeſtis gaudium ⁊ minime
corda veſtra motu quodam alacritatis exultant: p̄-
dicauimus vobis triſte iudicium ⁊ ſenſus veſtri ad
penitentiam in lachrymis non prorumpunt. Infi-
delitatis enim genus eſt in diuinis rebus nec gaude
re proſperis nec flere cōtrarijs: ſermone. lxxxj. Et
Chriſtus inquit qui ex deo eſt verbū dei audit: pro
pterea vos non auditis q; ex deo nō eſtis. Joā. viij.
Quod autem in contrarium prime partis queſiti al
legatum eſt mollis reſponſio ⁊c. Prouer. xv. Pro
cedit de reſponſione: que ſubiectionem ⁊ humilita-
tem oſtendit: canes nāq; (vt. ij. Rheto. tradit philo-
ſophus) reſidentes non mordēt. Secus cum molli-
bus equiſſimis: ſcilicet diuine ſcripture carminib⁹
deſpicere ſeu contēnere videtur quibus alius maxi
me afficitur. Tunc nāq; efficiet quod acetū in nitro
Prouer. xxv. Et hec ſub benigna omnium interp̄-
tatione de propoſitis queſtionibus dicta ſint.

FINIS.

Sequitur ſeptima queſtio quodlibetica.

Volo in eccleſia dei (inquit Apo
ſtolus) quinq; v̄ba loq; vt alios
inſtruam ꝙ decē millia verborū
in lingua. j. ad Corint. xiiij. ideſt
appeto magis in cetu fidelium
quinq; verba puta credēda: agē
da: vitanda: timenda: ⁊ ſperanda
ſenſu meo ideſt plano ⁊ doctrina
li loqui: vt alios inſtruam quam
decem millia verborū in lingua: id eſt ſub miraculo
varietatis ideomatis que ipſi non apprehendant hu
ius vereor exemplo commonitus dominus quodli-
berarius queſtionem agenda ⁊ vitanda concernentē
C mihi propoſuit. Utrum mortalis culpa committi
poſſit abſq; eo ꝙ libero conſenſu creaturam aliquā
incommutabili bono peccator pretulerit in amore.
Hanc queſtionem qua poſſum breuitate deciſurus
inhereo proteſtationi ſolite ac omnia dicēda per me
ſubmitto correctioni ſancte ſedis apoſtolice ⁊ om
nium quibus incumbit errantem ad ſemitam verita
tis reducere. Et vt planior deciſio fiat quatuor ſub
ordine inquiram. Primum an mortale peccatum
committi poſſit abſque libero conſenſu voluntatis.
Secundum an amor pecunie aut alterius primum
inculpabilis aut tantū venialis adeo increſcere poſ
ſit ⁊ augeri vt fiat mortale peccatum. Tertium an
in quolibet mortali peccato ita aberret peccator vt
creaturas tanquam vltimum finem ⁊ ſupra deum
diligat. Quartum an dilectio dei ſuper omnia ſuffi
cienter nos reponat ad ſtatum gratie: vel compati
ſecum aliquā poſſꝫ mortalem culpā. Quoad primū
inducam imprimis fundamenta quibus irrefraga
biliter ſe tueri videtur error Manichei ꝙ homo nō
poſſit vitare ne peccet. Primo īfidelitas eſt morta
le peccatum ⁊ non interuenit ibi conſenſus liber vo
luntatis ergo ⁊c. Prima pars antecedentis patet
ex verbo Apoſtoli ad Hebreos. xj. Sine fide impoſ
ſibile eſt placere deo. Et ſecunda pars probatur q;
implicat ꝙ aliquis erret volens ſi enim vult errorē
cum nequeat ferri in incognitum oportet vt no ſcat
eſſe errorem quod impoſſibile eſt: niſi ſciat veritatē
⁊ cum notitia veritatis ſtaret error circa eandem ⁊
cete. que ſunt contraria. Quanquā ergo quis poſſit
velle errare in futurum ⁊ optare vt erret: impoſſibi
lia tamen ſunt adinuicem velle errare circa aliqd
⁊ de facto errare. Circa illud etiam cōfirmatur ex
verbo Apoſtoli Joannis. xij. Propterea non pote
rant credere quia iterum dixit Eſaias. Excecauit
oculos eorum ⁊ indurauit cor eorum vt non videāt
oculis ⁊ intelligant corde ⁊ conuertantur ⁊ ſanem
eos. Non eſt autem conſenſus liber vbi intercurrit
neceſſitas ergo. Etiam dicit Apoſtolus ad Roma-
nos. x. Quomodo credent quem nō audierunt: aut
quomodo audient ſine predicante: quomodo vero p̄
dicabunt niſi mittantur. Ergo ab vltimo ad primū
quibus predicatores miſſi non ſunt manēt neceſſa-
rio infideles ⁊ ſic abſq; libero voluntatis cōſenſu.
Secundo quia deſperatio eſt mortale peccatum
⁊ fit abſq; libero conſenſu. Prima pars patet per
illud Iſidori ſecundo libro de ſummo bono. Com-
mittere vitium mors eſt anime: deſperare autem de
ſcendere eſt in infernum. Et ſecunda pars probaẜ:
quia nemo deſperat quin vellet vtiq; ſperare poſſe
⁊ rem deſperatam in futurū obtinere. Tertio ſm
Auguſti. xij. de trinita. cap. xij. Illecebra ſeu dele-
ctatio moroſa ſine cōſenſu adhibito in opus eſt mor
tale peccatum. Unde Auguſtin⁹ ibi cōparans in no
bis progreſſum ad peccatum illi qui erat pridem a-
pud primos parentes. ſenſum dicit vic em tenere ſer
pentis. Et cum inferiorē ratiōis portionem que tē
poralia concernit ad delectationem in aliquo turpi
opere ⁊ prohibito perduxerit ſi non diſcernat mens
in opus progredi habēdum eſt quaſi mulier ſola mā
ducauerit ſed non ſola damnabitur quia vn⁹ hic ho-
mo vtrāq; ratiōis partē tenet ſuperiorē ⁊ inferiorē
Quarto vt Apoſtolus inquit ad Epheſios. vj.
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſan-
guinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates mun-
di rectores tenebrarum harum puta demones: ſed
illorum rabido ⁊ violento impulſui reſiſtere nō poſ
ſumus ergo ⁊c. Minor patet per illud Job. xlj. Nō
eſt poteſtas ſuper terram que comparetur ei qui fact⁹
eſt vt nullum timeret: omne ſublime videt ipſe eſt
rex ſuper omnes filios ſupbie. Sed poteſtas que al
teri reſiſtere valet illi eſt comparabilis ꝙ Itē Gre.
Illud precedenti capitulo videlicet quadrageſimi.
Nerui teſticulorum leuiathan perplexi ſunt impli-
catis inquit inuentis argumenta ſua. ſ. diaboli alli
gantur vt nequaq; ſe ab vna culpa valeant abſolue-
re niſi in aliam conſentiāt ſe ligari. xiij. diſtin. nerui.
Et confirmo quia conſuetudo neceſſitat ad pecca-
tum: ergo fortius impulſus demonum. Antecedēs
patet per illud Iſidori ſecundo libro de ſummo bo
no capit. xxiij. Cogitatio praua delectationem pa-
rit: delectatio conſenſionem: conſentio actionem:
actio conſuetudinem: conſuetudo neceſſitatem: ſic
his vinculis homo implicatus quādam catena vi-
tiorum tenetur aſtrictus ita vt ab euelli nequaq; va
leat niſi diuina gratia manum iacentis apprehen-
dat. Peccatum admittere eſt in puteum cadere cō
ſuetudinem vero peccandi facere: eſt os putei coan-
guſtare ne is qui cecidit valeat exire.



Ad oppoſitum ⁊ pro veritate eſt illud Auguſti.
vaſis ire deus non inferret interitum ſi non ſponta-
A neum homo interuenir etur habere peccatum.
Pro huius deciſione dicam primo quid ſit conſen-
ſus: ſecundo ſi quis cōſēſſus ſit liber: ⁊ tertio quale
peccatum ſit conſenſus in actum peccati ⁊ quod ne
ceſſario interuenit liber cōſenſus in peccato morta
li. Et quoad primū. Motus appetitiu⁹ circulo agi
tur vt. iij. de anima tradit philoſoph⁹ appetibile eīm
mouet appetitū trahēdo ad ſe vt incipiat ab appeti-
bili ⁊ in ipſum terminetur primo apprehēditur ap-
petibile in ratione cōuenīētis ſeu boni ⁊ imprimiẜ
volūtati cōnaturalitas quedam vcꝫ amor ⁊ compla
centia ad bonum apprehenſum ⁊ ex amore: cōcupiſ
cētia deliberatio de medijs cōgruis ⁊ opportunis qͥ
bus conſequi poſſit ⁊ ſibi complacet in his q̄ reper-
ta fuerint cōducibilia ad finē p̄ſtitutum q̄ compla-
centia conſenſus dicitur. Un̄ Damaſcenus libro. ij.
poſt iudicium homo diſponit ⁊ amat quod ex conſi-
lio iudicatum eſt ⁊ vocaẜ ſententia. i. conſenſus ſi ve
ro quis iudicet ⁊ non diligat non eſt ſententia. Et ſi
mediorū plura fuerit placita reſtat electio eius qđ
proſequi voluerimus ſi vero vnicum duntaxat pla-
cet idē re ſunt electio ⁊ conſenſus. vt dicit Tho. pri
ma ſcđe. q. xv. articulo. iij. Sed differunt rationenā
inquantum medium illud placet eius eſt conſenſus
in quantum alijs reiectis ipſum accipitur pre illis
dicitur amor ille electio in motu ergo appetitio p̄-
mum eſt apprehenſio finis. Secundum eius amor
tertium concupiſcentia eius. quartum deliberatio
⁊ inqſitio cōſiliatiua de medijs opportunis quitū
amor medij aut mediorum que conducere poſſunt ⁊
dicitur conſenſus: ſi vero plura media fuerint ⁊ que
homo perſequi non velit vel non poſſit ſequitur ele
ctio: conſenſus ergo nunq; eſt ipſius finis ſed medij
ad finem quemadmodum conſilium ⁊ deliberatio.
B Uideamus nunc ſecundo quomodo conſenſus ſit
liber. Et certe differamus a brutis q; n oſmetipſos
agimus brutā ſe e nō ducunt: ſed impulſu quodam
nature ducuntur: homo autē ducit ſeipſum ratione
cōſilio ſeu deliberatione. nulla enim alia de cauſa di
cimur libertatem ⁊ dominium actuum noſtrorū ha
bere niſi pro quanto ratione ⁊ conſilio diſcurrendo
placita ꝓſequimur ⁊ fugimus cōtraria: ſed delibe-
ratio ⁊ conſilium nunq; ſunt de fine immo p̄ſuppo-
nūt appetitum ſeu amorem finis. Un̄ philoſophus
vij. ethi. oñs in agibilib⁹ principia virtute ſaluari ⁊
malitia corrumpi adducit quemadmoduꝫ in mathe
maticis ratio non eſt edoctiua principiorum ita nec
in agibilib⁹: ſed virtus a natura ſeu conſuetudine re
cte ſentire faciens circa principia. Dominium ergo
⁊ libertas eſt ad conſenſum amorē ⁊ electionem me
diorū. Sꝫ amor finis naturaliter ⁊ quaſi a cauſa na
turali neceſſitate quadam emergit neq; eſt in noſtra
poteſtate niſi mediate quemadmodū actus ſciendi ⁊
cognoſcēdi intellectus quos aptiſſimum eſt non li-
bere ſed naturalr aſſurgere. Sicut autē voluntas
cognoſcēdi finē prohibere pōt auerſione intellect⁹
dirigēdo aciē in alia ⁊ ita amorem actualē finis cū
volūtas ferri nequeat in incognitum ⁊ quia cuilibꝫ
rei apprehenſe in rōe boni vel honeſti vel delectabi-
lis aūt vtilis volūtas abſolute affici poteſt q̄ amor
vel cōplacētia non eſt cōſenſus aut electio cū amor
cōſenſus aut eligentia ſemp ſit vt medij ꝓpter aliđ
vt finē. Sed eſt voluntas appetitus finis exponēdo
rationem finis negatiue: vt conſiſtat in nō ordinari
ad alia: ſecus de fine a finiēdo ⁊ terminādo media ad
ipſum ordinata. Un̄ oportet diſtinguere duplicem
voluntatem ſcilicet appetitus ⁊ eligentie. Un̄ Bo
nauentura. xxviij. diſtincti. ij. ſniarum tractans illđ
Auguſtini nihil tam in poteſtate volūtatis eſt quā
ipſa voluntas: ⁊ capit voluntatem pro actu volun-
tatis: obijcit multo facilius eſt homini ieiunare ma D
gnos labores ſubire: ⁊ omnia bona ſua ſpgere ꝙ vo
luntatem ſuam abnegare quam inimicum diligere:
Preterea ſic qñcūq; homo vellet iuſtus eſſet. Re-
ſpondet primo ꝙ Auguſtinus includit ibi auxiliū
gratie ⁊ ſic ⁊c. Secūdo ad propoſitum noſtrum re-
ſpondet ꝙ argumentum procedit de velle vt nomi-
nat actum potētie affectiue. vt ſcilicet eſt quedā po
tētia naturalis non aūt vt nominat actum liberi ar
bitrij. Primo modo velle aliquid idē eſt ꝙ affici ad
illđ. ſecundo modo idē eſt quod eligere volūtas aūt
appetitus adeo aliquando adheret rei vt vix vl nun-
ꝙ poſſit ab ea ſeparari: ſed ſecundum velle ſemper
manet in noſtra poteſtate ⁊ dicitur velle eligētie: ſꝫ
quia non eſt efficax niſi in quātum p̄ualet voluntati
appetitus ⁊ illi nō p̄ualet niſi per gratiā vn̄ multi
ſūt petōres qui vellēt eſſe iuſti ⁊ qđ nūq; affectarēt
mala: nihilominus tamen manēt in ſua iniuſtitia q;
nō adiuuātur a diuina gratia. Hec ille. Idē aperte
confiteri videtur Aug. viij. confeſſionum: mirantur
quidnā monſtri ſit imperat anima corpori ⁊ tanta fa
cilitas eſt vt vix diſcernatur a ſeruitio imperium.
Ubi autē imperat vt velit nec alter ſit ab imperāte
neq; tamen facit reſpondet. Fremebam ⁊ turbulen
tiſſima indignatiōe indignabar ꝙ dei pactum ⁊ pla
citum nō iam proſequeretur mecū cōtendebam ⁊ a
meipſo diſſipabar ⁊ ipſa diſſipatio me inuito fiebat
oſtendit etiam in ſe cōpugnantes amores ⁊ aliorſū
a ſe traxiſſe qđ de velle liberis non contingit. Ergo
oportet ineſſe amorem alium quem neceſſitate pati-
mur non libere elicim⁹. Et Hieronymus in epiſto-
la ad Ruſticū ſentētiam philoſophi ꝓbans qui amo
rem veterē amore nouo tanq; clauum clauo doceret
expellere quemadmodum Aſſuero regi pricipes fe
cere Perſarum: vt vaſtum regine deſiderium aliaꝝ
puellarum amore compeſcerēt refert ſe vidiſſe ado-
leſcentē grecum in quodam cenobio egypti qui nul
la continētia nulla operis magnitudine flammam
poterat illecebre extiguere quē pater cenobij odio
infamie ſeruauit: ſeu amore purgandi infamiam p-
ut latius refert ergo ſentit amorem talē non libere
ſed naturali quadā neceſſitate oriri. Preterea phi-
loſophus. x. Ethicorum. Natura quidē inquit non
eſt in noſtra poteſtate: ſed per diuinam q̄dam cauſā
exiſtit. Sermo etiam ⁊ doctrina non in omnibus ha-
bent vires: ſed oportet vt ante cultus ſit moribus
auditoris animus ad recte gaudēdum odiendumq;
tanq; ager qui ſemina ſit nutriturus ⁊ ergo educa-
tiōe ⁊ aſſuefactione opus eſt quoniam modeſte ⁊ tē
perate viuere multis preſertim iuuenib⁹ non eſt de
lectabile ſed moleſtiam non afferrent ſi fuerint con
ſueti. Hoc preterea videtur quia ſemper amor ſeu E
appetitus finis prerequiritur: vt ratio: conſiliū: vel
deliberatio vim habeat ⁊ ita naturaliter non libere
ineſt ſicut eſt actus ſcientie. His p̄miſſis pono hanc
concluſionem. Conſenſus in opus peccati vniuerſa
liter eſt peccatum aliquando veniale aliquādo mor
tale: nullum autem mortale dari poteſt abſq; libe-
ro conſenſu voluntatis. Prima pars patet: quia
omnis conſenſus in mortale eſt mortale peccatum

Universidad de Deusto Biblioteca



conſenſus vero in opus veniale niſi tollat conditio-
nē ꝓpter quã a mortali vacabat eſt tm̃ veniale pctm̃.
Primum patet manifeſta ſnĩa Apoſtoli ad Roma
nos.j. Qui cũ iuſtitiã dei cognouiſſent nõ intellexe
runt qm̃ q̃ talia agunt digni ſunt morte: nõ ſolũ qui
F faciunt: ſed ⁊ qui conſentiũt facientibus ⁊ vt dicit
glo. de officio delegati. c. j. Quadruplex eſt conſen-
ſus videlicet cooperationis: conſilij: ⁊ negligẽtie ⁊
auctoritatis ſeu defenſionis: ⁊ vltimum deterrimũ
eſt. xxiij. q. iij. qui aliorum. Superaddo quintum vi
delicet conſenſum complacẽtie quo videlicet licet
nolit quis actum facere placet tamẽ ſibi vt ꝑ alium
fiat ⁊ quaſi paſcitur ipſo opere malo ꝙ aũt hic qui
tus modus conſentiendi ſit mortale peccatum: pro-
bo quia minus eſt ſibi complacere ſeu letari de rui-
na proximi quam de quocunq̃ mortali peccato: ſed
primum eſt mortaliter culpabile: ergo ⁊ ſecundum
Minor patet Prouerbiorũ. xvij. Qui in ruina leta
tur alterius non erit impunitus ⁊ ne putetis eũ pu
niẽdum eſſe vt pro veniali. Job audiamus ſi inquit
gauiſus ſũ ad ruinã eius qui me oderat ⁊ letatus ſũ
cum inueniſſet eum malum: non enim dedi ei ad pec
candum guttur meum vt expeterem maledicens ai-
mum eius. Ubi hoc horrere videtur quaſi mortale
peccatum. Et Apoſtolus prime ad corint. vj. Neq̃
maledici regnum dei poſſidebunt: ſed maledicere ni-
hil aliud eſt q̃ꝫ proximo malum optare ⁊ idem eſt de
malo alterius letari ſeu complacentiam ſumere. Et
ita cum icomparabiliter deterius ſit propter malũ
G culpe letari q̃ꝫ propter malum pene ſequitur propo
ſitum. Quod aũt conſenſus in actum venialis cul-
pe ſit peccatum veniale patet quia ſm̃ Auguſt. Si
q̃s voluerit ex neceſſitate vel voluntate adulari ma
ioribus. ſi quis voluerit immoderate dormire ad mi
nuta peccata ꝑtinet. xxv. diſtin. vnum orarium. §. cri
minis appellatione. ergo conſenſus in actum venia
lis culpe ſoluꝫ eſt veniale peccatum. Et ibidẽ apte
dicit Gratianus. ꝙ multa deliberate committũtur
que ad damnationẽ non ſufficiũt niſi frequenter ite
rata fuerit ⁊ in cõſuetudinem deducta. Quomodo
autem hoc intelligi debeat anno ſuperiori expoſui
H quomodo videlicet iteratio vel conſuetudo induce
re poſſit mortale peccatum in illis. Dico notanter
niſi tollat conditionẽ propter quã a mortali excuſa
batur quia ſi illam tollit bene fit mortale peccatum
vt patet de his que ex genere ſunt mortalia ſed per
ſurreptionem excuſantur a mortali his ſi adhibit᷒
fuerit conſenſus ſunt mortalia quoniam ſurreptio
excuſat a mortali in quãtum conſẽſum nõ admittit.
I ¶ Sed eſt duplex conſẽſus in opus aliquod morta-
le: ſcilicet verus ⁊ interpretatiuus. Conſenſus ve-
rus dicit actum elicitum complacentie ſeu electio-
nis: interpretatiuus dicitur iſtar ⁊ ad ſimilitudinẽ
cauſe priuatiue. ſicut enim nauta dicitur cauſa ſub
merſionis nauis ꝑ ſuam abſentiam quando potuit ⁊
debuit prohibere ſubmerſionem nauis ⁊ non prohi-
buit. Ita quis dicitur in aliquod conſentire interp̃
tatiue quando potuit ⁊ debuit aliquid ꝓhibere: qđ
tamẽ prohibuit minime: ⁊ ita conſenſus negligen-
tie eſt conſenſus interp̃tatiuus ſine etiam quocũq̃
actu poſitiuo voluntatis. Et dico notanter quãdo
debuit quia licet quis prohibere opus mortale po-
tuit ſi non debuit ſeu obligatus fuerit ꝓ tũc ꝓhibe
re non cenſetur ex hoc conſentire. ſicut nec nauta ꝑ
abſentiam eſt cauſa ſubmerſionis nauis niſi dire-
ctio nauis ſtet ſuo oneri. Unde ſi q̃s ſe occupãs in

correptione vel ſermone neceſſario ſaluti ſubditorũ
ex hoc ſinat alium quẽ ſeruare potuiſſet ruere in ali
quod crimen vel charitatis conſilio ſciens eum vi-
cinum mortali peccato permitteret ruere preſenti-
bus alijs vt efficacius reducere poſſit non ex hoc di
citur conſentire. Conſenſus verus eſt duplex abſo-
lut᷒ ⁊ cõditionatus de conditionato cõſẽſu in mor- K
tale opus quod ſit etiam mortale peccatuꝫ. Probo
auctoritate Auguſt. libro de libero arbitrio dicẽte
ſi cui etiam non contingit facultas concũbendi cum
vxore aliena tamẽ planum ſit cum aliquo modo cu-
pere ⁊ ſi poteſtas detur eſſe facturum nõ minus re
us eſt quam ſi in ipſo facto deprehẽderetur: Ergo
conditionata voluntas concũbẽdi puta velle con cũ
bere cum aliena ſi facultas daretur eſt mortale pec-
catum. Preterea Matthei quinto. Qui viderit in-
quit ſaluator mulierẽ ad concupiſcendum eam ⁊c̃.
Ergo ſi q̃s optat cõcupiſcere aut ſi velit vbi oppor
tunitas ſe offerret iam mechatus eſt cum ſit vtrobi
q̃ꝫ par ratio turpitudinis. Et hec ratio videtur ſm̃
Augu. ſi quis velit furari ſi poſſꝫ impune nihil tu-
lit ⁊ fur tñ reus tenetur. de penitẽtia diſtin. j. cap. ſi.
propterea. Unñ deducẽs ſup verbo prophete. Confi
ge timore tuo carnes meas ⁊c̃. quod timor ſeruilis
carnem non crucifigit. Uiuit enim (dicit) peccandi
voluntas que tunc apparet in opere quando ſperatur
impunitas: cum vero pena credatur ſecutura laten
ter viuit: viuit tamẽ mallet enim licere: dolet non li
cere quod lex vetat quia non ſpiritualiter delectatur
eius bono ſed carnaliter malum metuit quod mina
tur: hec ille. Sed non viuit illa voluntas abſoluta
peccandi: ſed duntaxat conditionata: Ergo illa ex
cludit charitatem ⁊ eſt mortale peccatũ. Hic Sco
tus. xv. diſt. iij. dicit. Conditiõatum velle ſufficere
ad meritum eterne vite: Etiam damnatiõis eterne
quale forte fuit dicit peccatuꝫ in angelis ⁊ intẽdit
de appetitu equalitatis in deum. Sed contra iſtud
videtur de ſanctiſſimis viris hec conditionalis veri
ficatur. Iſti negabunt chriſtum: ſi eis mors cõmi-
netur vel cadẽt in adulterium ſi vehemẽter tentati
fuerint ⁊ nulla eis immineat infamia: Ergo condi-
tionata voluntas operis prohibiti non ponit mor-
tale peccatum. Preterea multi vellẽt fornicari ſi
deo non diſpliceret aut ſi licitum eẽt: ⁊ ſic de alijs:
neq̃ videtur in hoc turpe velle ergo ⁊c̃. Rñdeo ad
ad primum aliud eſt hominẽ ſic diſpoſitũ eẽ: quod
in euẽtum certe conditionis aliquid ſit voliturus:
⁊ aliud eſt hominẽ velle ſub conditione vt ſcꝫ condi-
tio ſit pars p̃dicati ſiue obiecti voliti. Primum nul
lum arguit aut requirit actum voluntatis: vt eq̃ ve
rificetur de nõ vtẽte actualr̃ ratione ſicut de vtẽte.
ſed ſcđm duntaxat reperitur in actu poſitiuo volũta-
tis q̃ꝫ q̃ꝫ potius velleitas dici debeat quã voluntas
ſcđm quoſdã ſed quid de hoc ſit nihil refert ad pñs
dũmodo hoc certum teneatur qđ etiam volum᷒ nõ
nunq̃ꝫ aliqua ſub conditione quã exiſtere putamus
vbi eſt efficax velle quo in actu progredimur licꝫ ob
iectum ſit conditionatum. Ad aliud rñdeo quod in
talibus conditio adiecta adimit ⁊ tollit turpitudi- L
nẽ alterius partis obiecti voliti: vt ſi non eſt pecca-
tum ſi non diſplicet deo ſi ſit honeſtum ⁊ ſic de alijs:
In ſupioribus vero loquor de conditionibus tur-
pitudinẽ nõ auferẽtib᷒ ſicut ſi poſſẽ ĩpune ſi oppor
tunitas adeſſet ſi homines non offẽderet ſi ſanitatẽ
non lederet: ſi facietẽ non infamaret ⁊c̃. Unñ ſiue ve
lit ſiue optet ſub tali cõditiõe op᷒ ꝓhibitũ peccat



mortaliter ſed ſemper aduerte quod aliud eſt opta-
turus vel voliturus eſſem ſi conditio illa exiſteret:
aliud opto vel volo aut deſidero ſub illa conditione.
¶ Contra hoc quod dictum eſt conſenſum in actum
peccati aliquãdo tantum eſſe veniale peccatũ videtur
illud Aug. in Joannem ⁊ ponitur in gloſ. prime ad
Corinthi. xi. digne ſumit ſup. corpus domini ſi quũ
de criminalibus penitet diſplicẽt venialia. Et ſi fra
gilitate humane cõditionis ſciat ſe ſtatim ad ea redi
turum nullum peccatum veniale eſt dum placet q̃ꝫ-
tũcũq̃ paruum ſit mortale: ſi vero diſplicet nullum
iudicatur: qđ Gratianus allegãs in. §. criminis ap-
pellatiõe. xxv. diſtin. dicit. Nullum peccatum adeo
veniale eſt quod nõ fiat criminale dum placet. Ubi
glo. in verbo criminale: cuius aſſiduitas ⁊ contẽpt᷒
non fiat mortale. Uel dicit ſm̃ alios ſolus cõtẽpt᷒
eſt mortale peccatum ſicut exponitur: accedit v̄bũ
ad elemẽtũ ⁊ fit ſcr̃m: ꝗ nũq̃ꝫ ꝯſẽſus in veniale pec
catum poteſt eſſe peccatum veniale idẽ firmare vide
tur Beda tractans illud Jacobi. Cõfitemini alter
utrũ peccata veſtra. Peccata inquit que ex ignorã
tia vel infirmitate cõmittunt: dicit ⁊ precipit alter
utrũ confiteri quia facile dimittuntur: quecũq̃ ve
ro ex deliberatione non niſi per per penitentiã. ⁊ cũ
prima pars itelligi habeat de venialibus ex quo nul
la mortalia poſt baptiſmum cõtracta deleri poſſũt
ſine penitentia oportet ne caudam ſeparemus a ca-
pite iuxta. c. maiores de bap. ⁊ eius eſſe. quod altera
pars etiam intelligatur de venialibus ⁊ ꝑ cõſequẽs
qui deliberate vult aliquod veniale qđ eſt in ipſum
M cõſentire peccat mortaliter quod eſt propoſitũ. Re
ſpondeo ad primum vt dicit bea. Tho. xx. diſtin. iiij.
ſniarum queſtio. vl. verbum Aug. intelligi haber de
illa placẽtia que ad fruitionem pertinet in qua oĩs
humana peruerſitas cõſiſtit dũ vtẽdis fruimur aut
econtra vt dicit Aug. alias omne veniale quod volũ
tarie cõmittitur cum certum ſit ipſum placere eẽt
mortale peccatum. Gerſon in libro ſuarum cõcluſi
onũ limitat ad veniale quod per ſurreptionem vel ſi
milẽ cauſam excuſatur a mortali. In illis enim acce
dente placẽtia libera ſeu libero conſenſu fit morta-
le. Uel poſſet intelligi ſi placet quia peccatum hoc
enim eſt diabolice obſtinationis velle aliquid q͛ pec
catum eſt ad verbum Bede fateor ꝙ tota cõgeries
ſnĩe ſue intelligi debet de opere veniali ex gñe vt mẽ
tiri officioſe loqui ocioſe ⁊ ſic de alijs. Sed aliud eſt
hominem deliberatum aliquid facere ⁊ aliud ex de-
N liberatione. Deliberatus enim vel deliberate facit
quãdo ꝑ viam ſeu inquiſitionem cognita veritate fa
cit ſꝫ ex deliberatiõe qñ ſine deliberatione nequaq̃ꝫ
eſſet facturus ſed quia per deliberationem rei qua-
litates cognoſcit vult facere. Sicut. iij. ethi. diſtin-
guit philoſophus inter ignoranter facere ⁊ ex igno
rantia facere. Ergo veniale peccatum ex delibera-
tiõe eſt velle ipſum facere quia cognoſcit eẽ pecca-
tũ vbi alias ſi cõperiſſet nõ eẽ pctm̃ noluiſſet facere
quod proprie eſt peccare de induſtria ⁊ eſt diabolice
obſtinationis neq̃ accidit ſine mortali contemptu
dei. Et ne decipiaris licet ſcruteris an aliquid ſit
mortale vel veniale ⁊ copto ꝙ ſit veniale vult ipſum
ꝓſequi ſi mortale nõ: nõ adhuc videtur peccare ex de
liberatione niſi ideo velit opus ipſum quia peccatũ
⁊ non ſufficit ꝙ velit q̃ꝫuis peccatum eſt ⁊ hoc ſciat.
¶ Probo nunc ſecundam partem ꝯcluſionis videli
cet ꝙ abſq̃ libero conſenſu ⁊c̃. Et primo per illud
domini ad Caym. Ge. iiij. None ſi bñ egeris recipies

ſin autem male ſtatim peccatum tuum in forib᷒ ad
erit. Et ſubdit ad propoſitum noſtrum. ſed ſubter
te erit appetitus tu᷒ ⁊ tu domiaberis illi᷒. Et erat
tunc Caym in ſtatu damnationis ⁊ mortalis culpe
ergo in quocũq̃ ſtatu fuerimus ſiue gratie ſiue dã-
nationis ſub nobis eſt. i. ſub poteſtate noſtra ⁊ domi
nio noſtro appetitus peccati ⁊ nos dominamur illi᷒
Idẽ videtur manifeſte voluiſſe apoſtolus. j. ad cor.
x. bñdictus deus qui non patietur vos tẽtari ſupra
id quod poteſtis ſed faciet cum tẽ tatione prouẽtũ
vt poſſitis ſuſtinere: ſed nõ dominamur neq̃ vtimur
libertate niſi ratione conſenſus liberi: Ergo nullũ
mortale committi põt ſine libero conſenſu volũta-
tis vero vl' interp̃tatiuo cõditionali vl' abſoluto ⁊c̃.
¶ Et confirmatur quia ſi ſic max ie eẽt de odio pxi
mi aut appetitu nocẽdi proximo cum hoc valde vi-
deatur cõtra charitatẽ ſed hoc nõ ergo ⁊c̃. Minor
patet ꝑ gloſam Matthei quinto. ſup verbo omnis
qui iraſcitur fratri ſuo: ira eſt omnis malus motus
ad nocẽdum: ſubitus aũt motus cui nõ conſentitur
propaſſio eſt: accedẽte conſenſu paſſio eſt ⁊ mors in
domo. Et licet dixerim exiſtẽtẽ in ſtatu mortalis
culpe dominium ⁊ libertatẽ habere committẽdi vl'
vitandi quodcunq̃ mortale pctm̃ non tñ aſſero qđ
omnia vitare poſſit non recuperata gratia. Sed qm̃
ſufficiẽs ſemꝑ auxilium ſibi offertur quo reſurge-
re poſſit: ⁊ ſic omnia vitare vt latius deduxi in quod
libet an licet euchariſtie vel abſolutionis bñficium
miniſtrare illi q̃ ſe dicit a peccatis abſtinere nõ poſ-
ſe ⁊c̃. ¶ Ad rationes añ oppoſitum. Ad primam rñ
deo infidelitas vt dicit puram negationẽ fidei non O
eſt peccatum: ſed potius pena cõſequẽs originale
peccatum iuxta illud Joannis. xv. Si non veniſſem
⁊ loqu utus eis non fuiſſem peccatum non haberẽt
⁊ loquitur de peccato infidelitatis ſed certe reniſ᷒
voluntatis facit eam eſſe mortale peccatum: vt oñ-
dit Tho. ſcđa ſcđe. queſtiõe. xj. articulo primo. ⁊ idẽ
eſt de negligẽtia inquirẽdi ⁊ ita interuenit liber cõ
ſenſus vel verus vel interp̃tatiuus volũtatis. Qđ P
aũt dicitur: implicat dicere ꝙ aliquis volẽs erret ⁊
ex hoc bñ ſequitur ꝙ ergo non interuenit liber con-
ſenſus verus errãdi ſed nõ arguit qui ĩcurrat cõ
ſenſus interp̃tatiuus in errorem: omittendo quod
facere deberet ad prohibenduꝫ errorẽ vel verus cõ
ſenſus in id quod eſt error quanq̃ꝫ nõ credat eſſe er-
rorem: ⁊ hoc ſufficit immo etiã ſufficeret conſenſus
in aliud vñ committetur talis error culpabilis. Quia
dico ſolum neceſſario interuenire liberum conſenſũ
vt quis peccet mortaliter. Ad cõfirmationẽ ex ver
bo Joannis. xij. dico ꝙ non poſſe ibi dicit idẽ qđ ne
ceſſe non: ⁊ hoc neceſſe ſolum dicit neceſſitatem cõ-
ſequẽtie non conſequẽtis vt quia ſcriptura aſſerit
antichriſtum futurum ꝑditionis filium neceſſe eſt
quod peccabit. ſed talis neceſſitas vtiq̃ ſtat cum cõ
tingẽtia conſequẽtis. Et vbi oppoſitum futurum
eſſꝫ nũq̃ꝫ hoc ſcriptura aſſeruiſſet. ¶ Ad ſcđm de de
ſperatione reſpondeo quia poſſet mediante dei auxi
lio prohibere deſperationem libero conſenſu inter-
p̃tatiuo ꝯſẽſit in deſperationẽ. Quia illud poſſum᷒
quod per amicos poſſumus. tertio Ethicorum. ad
tertium licet Auguſtinus in paſſu allegato videtur
poſſe limitari ad caſum dum verus conſenſus adhi-
betur in ipſam illecebram: ſeu turpem delectatio-
nem in hoc quod dicit tenens tamen ⁊ libenter vo-
lẽs que ſtatim vt attigerunt animum reſpui debue
runt. Nihilominus ſiſtendo in communi intellectu

Universidad de Deusto Biblioteca



doctoꝝ. Rn̄deo ꝙ adminus priuſq̄ ipſa delectatio fiat mortaliter moroſa interuenit neceſſario conſenſus interp̄tatiuus volūtatis: nō eīm dicif moroſa a diuturnitate tēporis ſed ſm beatū Tho. prima ſc̄de q. lxxiiij. arti. vj. A mora faciēdi qđ volūtas facere debuit: ſicut quis dicif in mora ſoluēdi. Probabile tamē eſt ꝙ talis conſenſus interp̄tatiuus non facit mortale niſi illecebra magna fuerit vt piculū ſit ꝑducendi aīm ad conſenſū in opus vel delectationem ſeu illecebrā ipſam: vñ Bonauētura. xxiiij. diſt. ſententiarū. Cauſam aſſignās quare delectatio moroſa ſit mortalis deſignat ꝓ cauſa quia aduertit piculū: ſed limitate loquif cū ⁊ delectatio ⁊ opus nephariū de quo eſt diſplicent: ſꝫ idē credo cū ꝓ magnitudine delectatiōis aduertere debuerit piculū ⁊ ſiue diſplicet ſiue non. ❡ Ad quartū rn̄deo. licꝫ nulla poteſtas cōparef domini in r. b. ad extra efficiendis vtiqꝫ tamen in libertate voluntatis cum poſſumus nr̄o arbitrio ⁊ bn̄ ⁊ male velle: demon tantū male iterū ⁊ ſi ꝑ nos tētationibꝰ demonū reſiſtere nū valemus vtiqꝫ tn̄ mediāte dei gratia q̄ ſemꝑ nobis p̄ſto eſt ⁊ offerf faciēs cū tētatione ꝓuentū vt poſſimꝰ ſuſtinere ⁊c̄. Et argumētū Gregorij de īplicatis inuētis ⁊c̄. ꝓcedit ſuppoſito errore intellectus: vt patet in oībꝰ tribꝰ exēplis q̄ adducit: perplexitas enim primi accidit q꞉ credit ſe iuramēto obligari vt futurū adulterium vel homicidiū q̄tum in eo eſt nō ꝓhibeat cū tn̄ iuramētū eſſe nequeat iniquitatis vinculū. xxij. q. iiij. inter cetera. Jmmo ⁊ ſi in cōfeſſione ꝑcepiſſet vtiqꝫ poſſet alium accuſare nō intimādo ꝑſonā cōfitentis vt tradūt doctores. Jn ſc̄do q꞉ credit votum obedientie ad illicita ſe extendere. Jn tertio q꞉ credit ratiōe boni finis ſeu vtilitatis proximoꝝ hoīem aſtringi ad ea q̄ ſibi nō licēt puta ad exercitiū poteſtatis ſymoniace adepte. ❡ Ad confirmationem ex
Q Jſidoro dico: vt. v. Metaphiſi. dicif. Neceſſitas dicitur nō ſolū vbi oppoſitū eſt penitꝰ īpoſſibile ſeu implicās cōtradictionē: ſꝫ etiā cuius oppoſitū eſt valde difficile quomodo dicimus claudum neceſſario curue ambulare Quod non niſi magna difficultate recte ambulat: ſic quia non leuiter relinquo qđ facere ſoleo: ⁊ iuxta Mebenī verbū animo inueteratū vſū ꝑmanere amici atqꝫ eū tādē hominibꝰ naturā eſſe vt refert Philoſophus. vij. Ethi. Sed hoc ſolū fortē adheſionē vocare voluit ⁊ quam ſit difficile vincere. Etiā loquif Jſidorus de neceſſitate ꝑ excluſionem diuine grē: vt patet ꝑ exceptionē quā adiungit niſi inquiens diuina gratia manū iacentis apꝑhendat: ⁊ hoc ꝯcedo. Sed plurimoꝝ manꝰ a deo apꝑhēdunf: q̄ tn̄ extra puteum nō trahunf quia ſemetipſos iuuare nō ſatagunt vt iacenti in puteo chorda porrigif qua ſe valeat liberare. ſed quia laboris piget aut penam refugit: ſua culpa non offerentium reſtē in puteo perſeuerat.

SEcundo inquirere habeo vtrū pecunie vel rei alterius amor primū inculpatus aut tm̄ venialis adeo increſcere poſſit ⁊ augeri vt fiat mortale pctm̄ Et videtur primo ꝙ non q꞉ ſi ſic ex ſolis venialibus pctis poſſet aliqđ mortale cōſtitui ⁊ certe venialibꝰ peccatis correſpōderet pena infinita ſm extēſionē qđ falſuꝫ eſt ⁊ impoſſibile. Primū deduco ſic pono gratia exempli primum gradum amoris tantum eſſe veniale peccatum ⁊ amorē q̄ ꝑ augmētationem iam habitus eſt mortale peccatum eſſe viginti graduum aut triginta. Tūc ſi primus gradus tm̄ erat veniale peccatum: ergo etiam quilibet ſequentiū cū ſunt eiuſdē rationis ⁊ intēſionis cum ergo illi viginti vel triginta gradus cōſtituant totum illum amorem: ſequif qđ illa viginti vel triginta venialia faciunt vnum mortale cum totum nihil aliud ſit q̄ ſue partes ſimul ſumpte. Falſitas immo īplicatio illiꝰ patet: quia cum pena cuiuſlibet illorum ſit finita ⁊ eiuſdem rationis collectio ex omnibꝰ penis eorum erit finitū quū finita numero finito ſūpta nequeāt conſtituere infinitum. Et cum pena cuiuſlibet mortalis ſit īfinita ſm extenſiōem ſequitur qđ eadē pena erit finita ſm extenſionem ⁊ infinita. Secūdū videlicet qđ venialibus correſponderet pena infinita deduco quia ſi toti peccato correſpondeat tota pena medietate peccati ſm intenſionem correſpondet medietas pene eo modo quo medietatem habꝫ puta ſc̄dm acerbitatem: ⁊ quarte quarta pene ⁊ ſic ꝓportiōabiliter ī infinitum. ergo triceſime parti amoris correſpōdet triceſima pars pene. ſed triceſima pars amoris ponitur peccatum veniale: ⁊ triceſima pars pene eſt īfinita ſc̄dm intēſionem: ita veniali peccato correſpondet pena infinita ⁊ ſic veniale eſſet mortale: antecedēs probo ex proportione quomodo argumentatur Philoſophus. vij. Phyſicorum. de medeitate mouentis aut medietate mobilis ⁊c̄. Secūdo quia acerbitas pene correſpondere videtur intenſioni peccati: iuxta illud Apocalip. decimo octauo Quantum glorificauit ſe in delicijs tantum date ei de tormento ⁊ luctu: ⁊ illud Deuterono. xxv. ſc̄dm menſuram delicti erit ⁊ plagarum modus. Preterea qui alteri ſoluit quantum debet: nullam irrogat ei iniuriam ſi cui minus debet adhuc plus dederit: Ergo qui deo tribuit amorem ſummo bono vel vltimo fini debitum pro tempore quo eum preceptū aſtringit non peccat quantūlibet intenſo amore alio in tempore creaturam dilexerit: neque hóc arguit ſi actum diligēdi creaturam aliquādo comitetur culpabilis omiſſio dilectionis dei quia ſic occupationē aliam vel ſomnum oporteret mortale fieri quod nemo ſane mētis dixerit: licet enim concurrat cum aliquo mortale peccatum non propterea ipſum oportet eſſe mortale peccatum. Preterea quātumlibet intenſo amore quis creaturam dilexerit poteſt velle pro Chriſto vbi opus ſeu neceſſarium erit creaturā illam ſeu amorē illius relinquere: ergo retinet Chriſtum pro fundamēto amoris ⁊ ꝑ cōſequēs quod ſuperedificauerit poteſt eſſe lignum aut fenum aut ſtipula: vnde detrimentum patietur ſed nō erit mortale peccatum: iuxta ſententiam Apoſt. prime ad Corinthios. quinto. Jpſe autem ſaluus erit ſic tamen quaſi per ignem. Antecedens patet quia poteſt hoc quis experiri in ſe: ⁊ conſequentia tenet: quia hoc manet fundamentum amoris pro quo cetera perdere parati ſumus. Ad oppoſitum ⁊ pro veritate eſt illud Jacobi. iiij. Adulteri neſcitis quia amicitia huius mundi inimicitia eſt deo: quocunqꝫ ergo voluerit eſſe amicus huius ſeculi inimicus dei conſtituitur. ❡ Pro huius ſolutione valde videtur mihi fuiſſe ſollicitꝰ Beatus Auguſtinꝰ duo ex ſcriptu-
ris fundamēta colligēs. Primum eſt illud Apoſto- A
li. j. ad Thimot. vj. Habētes alimēta ⁊ quibus tegamur his cōtēti ſumus: nam qui volunt diuites fieri incidunt in tētationē ⁊ in laqueum diaboli ⁊ deſideria multa ⁊ nociua que mergunt hominem in interitum ⁊ perditionē: radix enim omnium malorum eſt cupiditas quam quidam appetētes errauerūt a fi-



de ⁊ inſeruierūt ſe doloribus multis. Secundū eſt illud apoſtoli. j. ad Corinth. iij. fundamentū aliud nemo poteſt ponere ⁊c̄. ſi q̄s aūt ſupedificauerit ſupra fundamentū hoc aurū: argentū: ⁊ lapides p̄cioſos: lignū: fenū aut ſtipulā: vniuſcuiuſqꝫ opus manifeſtū erit: dies enim domini declarabit: q꞉ in igne releuabitur ⁊ vniuſcuiuſqꝫ opꝰ quale ſit ignis ꝓbabit ſi eius opus manſerit qđ ſuperedificauit mercedem accipiet: ſi cuius opus arſerit detrimentū patietur ipſe tn̄ ſaluus erit ſic tamen quaſi per ignem Ex primo concludit primo de ciuitate dei. c. x. ex quibꝰ terrene diuitie perierunt ſi eas ſic habebant ſicut ab iſto foris paupere intꝰ diuite (⁊ loquif de Paulo apoſtolo) i. ſi mūdo vtebātur tāq̄ nō vtentes: potuerūt dicere ꝙ ille grauiter tentatꝰ ⁊ minīe ſuperatꝰ nudꝰ egreſſus ſum de vtero. ⁊c̄. dn̄s dedit dn̄s abſtulit: ſicut dn̄o placuit. ⁊c̄. illi autem infirmiores qui terrenis his bonis q̄uis non prepone rent Chriſto: aliquanta tn̄ cupiditate coherebant quantū hec amando peccauerunt: perdēdo ſenſerūt tantū quippe doluerunt: quantū ſe doloribus inſeruerunt ſicut apoſtolum ſupra dixiſſe cōmemoraui ⁊ ibidē valde beatū Paulum epiſcopum nolenſem commendat qui dum oīa ſibi auferētur dominū orauerit. Dn̄e non excrucier propter aurū ⁊ argentū vbi enim ſunt omnia mea tu ſcis: regula igitur quā ex verbis apoſtoli colligit Auguſt. hec eſt tantum quiſqꝫ peccauit amando diuitias quantū dolet eas amittendo licet eas Chriſto nūq̄ preponeret: ex illo argumētatur in de ciuitate dei. c. xxvj. quiſq̄s ſic habet in corde Chriſtū vt ei terrena ⁊ temporalia nec ea que ſunt licita at cōceſſa preponat fundamētū habet Chriſtū. Si aūt preponit ⁊ ſi videatur fidem habere Chriſti non eſt tamen in eo fundamentum Chriſtus cui preponūtur quāto magis ſi ſalutaria p̄cepta contemnēs cōmittat illicita: etiā non prepoſuiſſe Chriſtum ſed poſtpoſuiſſe cōuincif quē poſt habuit imperantem dum contra eiꝰ imperata ſeu conceſſa ſuam per flagitia delegit explere libidinem infert ſi Chriſtianus amat meretricē ⁊ ei adheret: non habet fundamentū Chriſtū. Si aūt vxorem ſecundū ſeculū carnem diligit: ſi in morbo concupiſcentiam ſicut gentes que ignorāt deū etiā hoc ſm veniā cōcedit apoſtolus immo per apoſtolū deꝰ: poteſt ergo ⁊ iſte habere in fundamento Chriſtū: ſi eīm nihil ei talis affectiōis voluptatiſqꝫ p̄ponat: q̄uis ſuperedificet ligna. ⁊c. Chriſtus eſt fundamentū: ⁊ ipſe ſaluus erit per ignē: etiam qui amat patrē vel matrē plꝰ q̄ me nō eſt me dignꝰ ait ſaluator Mathei. x. verum qui hoc ſic amat carnaliter: vt tn̄ eos Chriſto dn̄o non preponat: malitqꝫ ipſis carere q̄ Chriſto: ſi ad hunc articulū tentatiōis fuerit adductus per ignē ſaluus erit: quia eorum amiſſione neceſſe eſt tantū vrat dolor quātū heſerat amor: idē ſententionaliter ponit Enchiridion. xcvij. c. quādo altera conditione inquit prepoſita eis carere malit q̄ Chriſto: nec timore amittēdi talia deſerit Chriſtum: q̄uis doleat dū amittit: ſaluꝰ eſt quidē ſic tn̄ quaſi per ignē: quia vrit eū rerum dolor quas dile-
B xerat amiſſarum: ſed nō ſubuertit neqꝫ cōſumit fūdamētū ſtabilitate atqꝫ ī corruptiōe munitū. Pro huius intellectu clarior eſt aduertendū ꝙ de ratiōe fundamenti eſt ferre ſeu ſuſtinere totum pondus ſeu onꝰ edificij vt qđ illud tractū fuerit: neceſſe ſit alioꝝ qđlibet vel iā ab edificio decidere vel fundamentum ſequi: huius ſimilitudine per metaphorā quandā illud in corde ſeu affectu hominis dicitur fundamentum cuius amor ſic mentē abſorbet atqꝫ implet vt quicquid aliorum trahit a fundamēto neceſſe eſt vt decidat finaliter a corde quādo ſtare non poteſt ⁊ ſequi quo p̄cit fundamentū: ⁊ ergo ſi nullius amor hoc modo cor occupet: nihil ſibi eſt fūdamentum: ſi plurium amor in ſimili illa ſimul ſunt ei pro fundamēto: huiꝰ exemplū capite de vi magnetis impreſſa ferro vis illa ſeu virtꝰ impreſſa mouet ferrū ad eū magnetē a quo imprimif ſicut amor ad ipſum amatū vbi in diuerſis locis magnetes poſueritis: qui vigoroſior extiterit peruincet aliorū vires ⁊ ferrum deducet ad ſe: ⁊ ille magnes eſt ferro quaſi fundamentū ſi vero eque fortē ⁊ magnū inferius poſueris ⁊ conſimilem penitus ſurſū neutrū habebit ferrum pro fundamēto: ſed manebit ſuſpēſum in medio: quomō ferrea tumba maledicti machometi fertur in aere detineri. Similiter ſi in codē ſitu eque fortes magnetes locaueris: ambo ſimul ferro fundamentū erūt: neuter ſolꝰ totū fūdamentum. Jnfero vbi ergo amor Chriſti nō ita ſinguloꝝ ⁊ oīm excedit amorē vt quo Chriſtꝰ ierit ſcris p̄ceptis ſuis ſequātur vel decidāt ab amore quō ſi predominātē magnetē a loco traxeris tandē penitꝰ deperit magnetū virtꝰ ⁊ in ferro extinguif ita q̄ non ſequuntur Chriſtū: ibi dico Chriſtū non eſſe fūdamentū: quod ſatis patere credo ex premiſſis. Hoc ſuppoſito reſpondeo ad queſitū affirmatiue: quod
adeo increſcere pōt ⁊ augeri amor creature primū C
venialis tantū aut inculpatꝰ vt poſt ſit mortale peccatū. Probo per illud. j. Joannis. ij. Nolite inquit diligere mundū: neqꝫ ea que ſunt in mūdo glo. interlinea. i. abundantiā vel pulchritudinē eius vt aurū argentū: ⁊ oēm fluxū diuitiarū: addit apoſtolus ꝓ cauſa: ſi quis diligit mundū nō eſt charitas patris in eo. vbi. glo. interli. ſicut eīm per odiū proximi: ita per amorē mundi extinguitur amor dei. Preterea Hiero. cōtra Jouinianū nihil inq̄t intereſt ex qua honeſta cauſa quis inſaniat vnde ⁊ ſextus pitagoricus ait in ſententijs: adulter eſt inquit in ſuā vxorē amator ardentior in aliena quippe vxore oīs amator turpis eſt ī ſui animiꝰ: ſapiēs iudicio debet amare coniugē non affectu. xxxij. q. iiij. origo. Jtē eccleſiaſtici. x. nihil iniquius eſt q̄ amare pecuniā: hic eīm ⁊ animam ſuam venalē habet: quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Jtem Joan. xij. multi ex principibus crediderunt: ſed propter phariſeos non confitebantur: vt de ſynagoga non eijcerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis q̄ gloriam dei ergo amor creature tantū intēdi poteſt vt fiat mortale peccatum. Probo conſequentiā q꞉ tantū augeri pōt vt realiter extinguat Chriſti amorē ſicut delectatio vehemēs expellit oēm triſtitiā non ſolū que contraria eſt: ſed etiā contingentē. vij. Ethic. etiam facile tantū augetur: ꝙ Chriſtus non maneat fundamentū ſed hoc ſolum fif per mortale peccatū Cū ergo nihil aliud ibi fuerit q̄ amor nimius ⁊ nō adhuc ꝑpetratio alteriꝰ illiciti ſequitur ꝓpoſitū. Preterea tenemur quoad aīi p̄parationē oīa velle ꝑdere ꝓ Chriſto ſub pena eterne dānatiōis ſed augeri pōt amor creature vt nos impediat ꝑatos eſſe oīa ꝓ Chriſto ꝑdere. ꝗ. ⁊c. maior pꝫ ꝑ illud Luce. xiiij. oīs q̄ nō renūciat oībus q̄ poſſidet nō pōt eē meꝰ diſcipulꝰ: vbi gl. reliq̄re oīa tm̄ ē ꝑfectoꝝ: ſꝫ renūciare oībꝰ ꝯpetit q꞉ ita licite vtūf mūdanis q̄ poſſidēt vt tn̄ mēte tēdāt ad eternā. e. c. ſi q̄s venit ad

Universidad de Deusto Biblioteca


me ⁊ non odit patrem ſuum aut matrem ⁊c. adhuc
autem ⁊ animam .i. vitam ſuam nõ poteſt meus eſſe
diſcipulus ſed ſolum mortale depellit hominẽ a di
ſcipulatu Chriſti: ergo non eſſe paratum oĩa ſua
relinquere ⁊c. eſt mortale. Et minor patet quia ex
nimio amore creature quis frequẽter ita adheret
creature vt vbi creaturã oporteret relinquere ⁊ ꝑde
re aut Chriſtum mortaliter offẽdere mallet longe
Chriſtum offendere ꝙ̃ ⁊c. ergo talis amor impedit
hanc animi preparationẽ. Et confirmo: tenemur nõ
ſolum vitare peccata ſed etiam oẽs occaſiones ve
riſimiles mortalis peccati: immo de quibus diſcri
mẽ nobis imminet mortalis culpe. Qui enim amat
periculum peribit in illo. Eccleſiaſtici .iij. Etiã p̃
ceptum habem⁹ exire de medio eorum: ſeparari ab
eis immundum non tangere. ij. ad Corinthio. vj. Et
Eſaie. lij. Sed hoc ſeparari ſolum videtur ad noſtrã
cautelam neceſſarium vt videlicet occaſiones veriſi
miles de quibus ꝓbabile dubium fuerit protrahen
di nos in mortale fugiamus ⁊ vitamus. hinc Greg.
Et ponitur de penitẽtia diſt. v. c. falſas. Cum ergo
frequẽter ex ĩmodico amore ſeu ĩmoderato pericu
lũ immineat: vt homo ꝑtrahatur in mortale oportꝫ
ad minus tunc propter illum amorem nimiũ cõcur
rere peccatũ mortale in volũtate ⁊ veriſimile etiam
ipſummet amorem tunc eſſe mortale pctm̃ quũ nõ
ſinat Chriſtum noſtri cordis eſſe fundamentum.
E ¶ Ad rationes ante oppoſitum. Ad primã nego ſe
quelam ⁊ ad ꝓbationẽ adductam dico ꝙ licet quili
bet graduum ꝑ ſe ⁊ ſeparatim eſſet veniale vel nul
lum peccatum tamen inſimul ſumpti ſũt vnum pec
catum mortale. Do ſimile accipio cẽtum milia gra
norum tritici de campo alterius eſt mortale pecca
tum: ⁊ tamẽ acceptio vniuſcuiuſq̃ grani vbi ſepara
tim ⁊ ſeorſum exiſteret nullũ penitus peccatum fo
ret: vt recte dicit Tho. ſcḋa ſcḋe. q̃ſtio. lxvj. artic. vj.
Propter exiguitatem nullum dãnum cẽſetur ꝓxi
mo inferri: immo dico ꝙ in parua re dominus preſu
mitur nõ eſſe inuitus. Similiter odium fratris ſur
reptitium eſt tantum veniale peccatum: ⁊ ſic conti
nuando ꝑ quodcũq̃ paruum momentum temporis
ſeorſum tantum foret veniale peccatum: ſed per to
tum aliquod tempus in quo potuiſſet deliberare ⁊
non repulit deliberando eſt mortale peccatum nec
valet conſequentia ꝑ ſe ſeu ſeparate eſſent venialia
peccata ⁊ in toto exiſtentia non ſunt mortalia pec
cata. Ergo manẽt venialia qꝛ in toto non ſunt pec
cata ſed partes vnius mortalis peccati. Intelligo
hoc quibus determinata pena debeatur a pena toti
us. ſtat enim ꝙ habeant deordinationem ⁊ non ſint
imputabiles ad penam eternam. Sed cum toti pe
na eterna correſpondeat pene que partibus ſeorſũ
deberentur abſorbẽtur quaſi ⁊ euaneſcunt in pena
totius itaq̃ nihil eis ſpeciale correſpondet alias di
cere oportet ꝙ venialia cum faciunt totum habens
determinatam deordinationem a deordinationibus
partiũ poſſunt reddere mortale. Deductio vero ar
gumenti procedit quãdo deordinatio totius ſolum
eſt quid collectum ex partiũ deordinationibus: ita
ꝙ totum non magis ſit contra charitatem ꝙ̃ queli
bet partium collectarum ſumpta ſeorſum que haꝝ
ſolutionum alteri preferri debeat ad alia properãs
auditoris iudicio relinquo: ad deductionem ſecũde
partis ſequele cum arguitur ſi toti correſpõdet to
ta pena oportet medietati peccati correſpẽdere me
diam quarte quartam ⁊c. de alijs per locum a pro

portione. Reſpondeo non arguitur penes locum il
lum a proportione niſi illud cuius gratia ꝓportio
habetur ita reperiatur partialiter immediate ⁊ in
alijs partibus proportionalibus ſicut totaliter re
perit̃ in toto: ⁊ ſic nõ eſt in propoſito quia pena eter
na ſolum correſpondet peccato ratione huius quod
eſt eſſe contra charitatem ⁊ in propoſito partibus
non ita competit eſſe contra charitatẽ vt patet cla
re in ſimili de continuatione odij dei per breue mo
mẽtum quo adhuc eſt ſurreptitium: ⁊ per tempus
quo interpretatiue conſẽtit ⁊ eſt mortale. Per idẽ
reſpondeo ad illud Apoca. xviij. Et Deutero. xxv.
ꝙ non procedũt in pena eterna infligenda niſi extre
ma cõparata ſint contra charitatem ſeu pellant cha
ritatẽ ⁊ ita nõ eſt hic. ¶ Ad ſecundũ reſpondeo ꝙ B
deo nunꝙ̃ ſatis ſoluitur de amore niſi plus ſingulis
⁊ omnibus de ꝑfecto corde ametur: cuius ſimile re
peries in omnibus vbi ſeruare oportet diſtributiuã
iuſtitiã que in proportione geometrica cõſiſtit ſeu
in ꝓportione ꝓportionum. v. Ethicoꝝ. Si enim ma
giſtratus eque meritis apud rempu. inequalis elar
giri voluerit de publico peccat cõtra iuſtitiã diſtri
butiuam ⁊ magis ad propoſitum. Quãtũcũq̃ dede
rit Petro magis merito ſeu digno ſi Joanni min⁹
bene merito plus dederit nõ ſatiſfecit Petro cui ex
iuſtitia plus dare debebat ⁊ ita in caſu aliquo gra
du amoris ſatiſfaceret deo quando remiſſius crea
turas amauerit quo ſatiſfacere non poteſt cũ arden
tius ceperit creaturas amare. Et cum dicitur qḋ
hoc nihil arguit ſi aliquando comitẽ habeat ⁊c. con
cedo ſed recte aliud longe eſt amorem dei poſitiue
depellere vel nõ ſinere vt ſic inualeſcat vt ſit homi
ni Chriſtus fundamentum: ⁊ illa de cauſa fit amor
creature mortale peccatum. ¶ Ad tertium reſpon
deo: poteſt amor ad creaturam adeo intenſus eſſe ꝙ
ſecum non permittat velle efficax perdẽdi omnia ꝓ
Chriſto: licet ſtet velle quoddã optatiuũ quo opta
rem me ſic affectum vt omnia pro Chriſto perderem
vbi opus fuerit ſicut optarem pro ſcientia quietem
ſomnum ⁊c. contemnere ſed certe efficax velle non
dum habeo.

TErtio inquirẽdum eſt an in quolibet mor A
tali pctõ homo ita aberret a deo vt creatu
ram tanꝙ̃ vltimum finẽ: ⁊ ſupra ꝙ̃ deũ di
ligat. Et cũ nihil certius inueniat̃ ꝙ̃ qḋ
dẽte diſputatiõis diſcutit̃ adducã ad par
tes vtraſq̃ quedam ad ſoluendum difficilia vt poſt
de medio tenebrarũ lux veritatis reſplẽdeſcat gra
tius: ⁊ arguo pro parte affirmatiua. ¶ Primo ſic:
omnis peccãs mortaliter fruitur creatura: ergo di
ligit creaturam ſupra ꝙ̃ deum ⁊ tanꝙ̃ finẽ vltimũ
conſequẽtia tenet: quia frui eſt diligere ſeu amare
aliquid tanꝙ̃ finẽ vltimum: iuxta Aug. illḋ primo
de doctrina Chriſtiana. Si vero inheſeris atq̃ ꝑmã
ſeris finẽ in eo ponẽs letitie tue tũc ꝓprie dicẽdus
es frui: qḋ non eſt faciendum niſi in ipſa trinitate .i.
ſummo ⁊ ĩcõmutabili dono. Et antecedẽs patet ꝑ
eũdẽ. x. de trini. c. x. Fruimur inquit cognitis in qui
bus volũtas ꝓpter ſe ipſa delectata cõquieſcit: vti
mur vero his que ad illud referimus quo fruẽdum
eſt ſubdẽs ad ꝓpoſitũ: nec eſt alia vita hominis viti
oſa atq̃ culpabilis ꝙ̃ male vtẽs ⁊ male fruẽs: ⁊ li
bro. lxxxiij. q̃ſtionũ. q. iij. Omĩs itaq̃ humana ꝑuer
ſio qḋ etiã vitium nomiat̃ eſt fruẽdis vti velle atq̃
vtẽdis frui: ergo peccans mortaliter vel fruit̃ male
creatura ⁊ habeo intentum vel vtit̃ male deo. ⁊ cum



vſus ſemꝑ referat ſuum obiectum in aliud quo fru
imur oportet vt deũ referat in creaturã qua fruit̃:
⁊ per conſequẽs nemo peccat mortaliter niſi crea
turam diligat tanquã vltimũ finem ⁊ ſupra deum.
¶ Secundo ſic. Auaritia ſimiliter gula: de quarum
qualibet tamẽ minus videt̃ eſt amor creature tanꝙ̃
finis vltimi: ergo ⁊ in quolibet alio peccato. Añce
dẽs patet de auaritia ꝑ illud Apoſto. ad Epheſi. v.
Hoc ſcitote quoniam omnis fornicator aut immun
dus aut auarus qḋ eſt idolorum ſeruitus nõ habet
hereditatẽ in regno dei: ſed ſeruitus idoloꝝ ſeu ido
lolatria ſolum eſt cum diuinus honor ⁊ amor impẽ
dit̃ creature ergo ⁊c. De gula patet ad Philip. iij.
Multi ambulãt quos ſepe dicebam vobis: nũc aũt
⁊ flens dico inimicos crucis Chriſti quorum finis
interitus quorum deus venter eſt: ⁊ gloria in cõfu
ſione ipſorum qui terrena ſapiunt: vbi glo. interlin.
Hoc ab hoĩe colitur quod pre ceteris diligit: ergo
guloſus diligit vẽtrem id eſt corpus ſupra deum.
¶ Tertio ſic. ſm̃ Aug. tractantẽ illud Pſal. lxxix.
Incẽſa igni ⁊ ſuffoſſa ab increpatione vultus tui
peribũt. Omne peccatum oritur aut ex timore ma
le humiliante vel ex amore male inflãmãte. Sed ti
mor p̃ſupponit amorẽ nam vt Auguſt. inquit libro
lxxxiij. queſtionum manifeſtum eſt nullam aliã eſſe
metuẽdi cauſam quã vt amata amittamus adepta:
vel non adipiſcamur ſperata. Ergo a primo ad vlti
mum oĩe mortale peccatum orit̃ ex aliquo ꝑuerſo
⁊ inordinato amore ⁊ nõ videt̃: ex quo niſi amore di
ligẽdi creaturã ſuꝑ omnia ſeu fruẽdi creaturã: er
go. Et confirmatur quia ſm̃ Dionyſiũ in. iiij. de di
uinis nominibus. Propter amorẽ omnia agũt que
cũq̃ agunt ergo ⁊c. ¶ Quarto ſic. Quicqḋ agim⁹
fit a nobis propter vltimum finẽ: cum ergo in actu
mortalis culpe homo non habeat deum pro fine vl
timo ſaltẽ cum ſciẽter offendit deum oportet quod
habeat creaturã aliquã pro fine vltimo ⁊ habet̃ ꝓ
poſitum: Añcedẽs patet. xiij. de trini. ca. iij. Et hoc
verũ eſt inquit Aug. Quod omnes homĩes eſſe bea
ti velint: idq̃ ardẽtiſſimo amore appetũt. ⁊ propter
hoc cetera quecunque appetunt. Itẽ decimo nono.
de ci. dei. c. j. Illud eſt finis boni noſtri ꝓpter qḋ ap
petẽda ſũt cetera ipſũ aũt ꝓpter ſeipſũ. Idẽ ꝓbat
ſanctus Tho. prima ſcḋe. q. j. articul. vj. Quicquid
appetimus in ratione boni appetimus ⁊ ſi nõ ſub ra
tione boni perfecti qḋ eſt vltim⁹ finis neceſſe eſt vt
appetat̃ vt tẽdẽs in ꝑfectum. Semꝑ eñ ꝑfectionis
alicuius inchoatio ordinatur in ei⁹ cõſummationẽ
vt patet tã in his q̃ a natura fiunt ꝙ̃ in his q̃ ab arte
omnis nãq̃ inchoatio ꝑfectionis ordinat̃ in cõſum
matam ꝑfectionẽ que eſt finis vltimus. Secũdo ſic
quia finis vltimus ſe habet in mouendo appetitum
ſicut in alijs motionib⁹ primum mouẽs ſed ſine pri
mo mouente alia non mouẽt: ergo nec ſine primo ap
petibili. ¶ Quinto ſic: quia oĩe mortale peccatum
deſtruit verum fundamẽtum ⁊ ſuꝑedificari nõ põt
Chriſto fundamento: ſed hoc ſolũ accidit dũ aliqḋ
ſupra Chriſtum vel adminus equaliter amatur: er
go oportet concurrere in mortali peccato amorem
creature tanꝙ̃ finis vltimi. negatiue ad min⁹ expo
nendo ſcilicet ſupra quẽ nõ ſit alius finis ⁊c. ¶ Ad
oppoſitũ eſt ꝙ ex zelo dei quidã mortaliter peccãt:
ad Romanos. j. Teſtimoniũ ꝑhibeo illis quoniã ze
lum quidẽ dei habẽt ſed non ſm̃ ſciẽtiam. Ignoran
tes enim dei iuſtitiam ⁊ ſuam volẽtes ſtatuere iuſti
tie dei nõ ſunt ſubiecti. Et vbi hoc nõ ſufficeret ſal

uatorem audiamus. Venit hora inquit ⁊ nunc eſt vt
omnis qui interficit vos arbitret̃ ſe obſequiũ p̃ſta
re deo. Joan. xvj. Idem confirmat verbũ Ber. zel⁹
ſine diſcretione p̃cipitat. Preterea cõtingit aliquẽ
ex ignorantia peccare mortaliter vt patet de Pau
lo pri. ad Thimotheũ. primo. Qui prius inquit fui
blaſphemus perſecutor ⁊ contumelioſus ſed miſeri
cordiã conſecutus ſum quia ignorãs feci. Et Chri
ſtus orauit pro his qui eum ex ignorantia culpabili
morti tradiderũt. Pater ignoſce illis quia neſciũt
quid faciũt. Preterea tertio. Quis põt velle aliqḋ
prohibitum ſciẽter ſub ſpe venie quam niſi ſperaret
nullo pacto ad id faciẽdũ induci poſſet pro quo fa
cit qḋ Augu. ſub dubio de primo parẽte firmare vi
det̃ ꝙ ex quadã amicabili beneuolentia qua plerũq̃
fit vt offendatur deus ne offendat̃ proximus ⁊ ami
cus ⁊c. vt videre poteris. xxij. diſt. ij. ſententiarum.
¶ In hac q̃ſtione videt̃ ſolẽnis quorũdã doctoꝝ opi B
nio qḋ omnis peccans mortaliter fruitur aliqua cre
atura ⁊ eam plus quã deo diligat: vnde beat⁹ Tho.
queſt. vij. De malo articulo primo tractans differẽ
tiam venialis a mortali peccato. dicit pro eo aliquid
eſſe mortale ꝑſimile de morbo in corpore quia exclu
dit principium ſpiritualis vite: ⁊ ſic nihil relinquit̃
ꝑ qḋ deordinatio reparari poſſit. Principiũ autem
in operabilib⁹ eſt finis ſm̃ Philoſophum. vj. Ethi.
Unde principium ſpiritualis vite que cõſiſtit in re
ctitudine actiõis eſt finis humanarum actionũ que
eſt charitas dei ⁊ proximi: finis enim p̃cepti eſt cha
ritas. prime ad Thimo. j. Per charitatẽ eñ cõſtrin
git̃ anima deo qui eſt vita anime ſicut anima ipſa eſt
vita corporis: qḋ ergo charitatẽ excludit eſt morta
le peccatũ. Declarãs quomodo peccatum excludit
charitatem vel ex parte peccantis vel ex genere ope
ris. Et in ſolutiõe ad primum in veniali licet homo
conuertatur ad bonum cõmutabile non tamẽ vt ad
finẽ: ⁊ ſic nõ vt ad terminũ alterũ ꝓpter quẽ fit ne
ceſſe a deo auerti ⁊ ſoluendo ꝓbat hãc differentiam
Peccãs mortaliter diligit creaturã pluſq̃ deum.
Peccans venialiter infra deũ: dicẽs ꝙ vera ⁊ recta
differentia eſt vbi ſumẽda eſt differẽtia ex parte pec
cantis: ſecus cũ ex gñe operis vt in fornicatione qñ
ignorat eſſe mortale ⁊ nullo modo faceret ſi ſciret
eſſe mortale tunc poteſt plus deum diligere ⁊ mor
taliter peccare: ⁊ ad. xix. maius ⁊ minus dicit vari
ant ſpeciem quando ſequunt̃ rationes diuerſas: ⁊ ita
eſt de veniali ⁊ mortali: nã diligere aliqḋ vt finẽ ⁊ ſi
cut id qḋ eſt ad finẽ nõ habẽt eãdẽ rationẽ. ⁊ ad. xx.
quo probat̃ ꝙ nõ eſt neceſſe vt peccãs mortalit̃ cre
aturã ſupra deũ diligat. Rñdet extra charitatem bñ
cõtingit hominem aliquid minus ⁊ aliquid equalit̃
deo diligere: ſed nõ contingit ꝙ aliquam rẽ equalit̃
deo diligat: ⁊ nullã rem pluſq̃ deũ quia neceſſe eſt ꝙ
homo in aliquo vno conſtituat vltimũ finẽ ſue volũ
tat̃. Videt̃ ergo mẽs bti Tho. fuiſſe: ꝙ nũꝙ̃ ꝑ amo
rẽ q̇ ex gñe mortalis nõ eſt contingit aliquẽ morta
lit̃ excedere: quin ad minus aliquã creaturã diligat
ſupra deũ: imo ꝙ in oĩ amore ĩputabili ad penã eter
nã q̇s diligit creaturã tanꝙ̃ finẽ vltimũ. Idẽ ſẽſiſſe
videt̃ doctor Subtilis. j. di. j. q. vlt. art. iij. ex verbo
Aug. libro. lxxxiij. q. ſupra allegato. Omnis animi
ꝑuerſitas ⁊c. ⁊ ſoluẽs dubiũ quo obiecto fruit̃ pec
cans mortaliter an actu ſuo vel obiecto actus dicit
ꝙ peccãs mortaliter cõmuniter .i. irregularit̃ fruit̃
ſeipſo qm̃ obiectũ amat amore cõcupiſcẽtie: ſeipm̃
vero cui obiectũ hoc cõcupiſcit amore amicitie: iam

Universidad de Deusto Biblioteca



obiecto concupiſcentie nemo fruitur neqꝫ etiã regu
lariter fruitur ſuo actu cum oportcat hominem re
flecti ſuper illum hanc dicit eſſe ſententiam Aug.
xiiij. de ciui. dei. ca. xxviij. Duo amores fecere duas
ciuitates ⁊c. Idẽ ſibi irrefragabiliter demõſtraſſe
videtur. vj. diſt. ij. ſentẽtiarum. q. ij. de primo pecca-
to angeli. quia duplex eſt actus voluntatis in gene-
re ſcilicet velle ⁊ nolle: velle eſt actus poſitiuus vo
luntatis quo aliquid acceptat. Nolle vero eſt act⁹
poſitiuus voluntatis quo refugit ab obiecto diſcõ
uenienti. Velle aũt eſt duplex videlicet concupiſcẽ
tie ⁊ amicitie. Secũdum eſt reſpectu amati obiecti
Primũ vero reſpectu eius qđ alicui volo inter hec
nolle preſupponit velle: nõ eñ refugit niſi quia ſta-
re non poteſt cum illo qđ acceptat quomodo dicit
Anſelmus de caſu diaboli. c. iiij. Quod auarus vult
nummum quem amat deſerere: quia vult panẽ quẽ
alias ⁊c. Et velle concupiſcentie preſupponit amo
rem amicitie. cum amatũ ſit reſpectu cõcupiti qua
ſi finis cui aliud volo ⁊ finis primum habet rõnem
voliti: infert ergo nolle non eſt primus actus volun
tatis deordiatus quia oritur neceſſario ex velle qđ
ſi ordinatum eſſet non pareret ⁊c. Similiter ſi velle
amicitie eẽt ordinatum ipſum velle concupiſcentie
emergẽs ⁊c. Ergo oportet primum peccatum con-
ſiſtere in amore amicitie. Et hoc argumẽto ſi vel de
monſtrat vel recte concludit pbari poteſt qđ nullũ
accidit mortale saltẽ cõmiſſiõis in actu. ſ. poſitiuo
conſiſtẽs niſi ſit inordinatus amor ſui mortalit̃ cul
pabilis. Hec etiam dicit ſenſiſſe Augu. in paſſu alle
C gato. Duo amores. ¶ Pro huius ſolutione pono
hanc concluſionẽ. Poteſt quis ex beneuolentia p-
pter alium ſciẽter peccare mortalit̃: ⁊ eũdem infra
ſe diligere. Probo qꝛ ſtat qđ puro amore amicitie
quo vult alteri bene eẽ: velit p eo peierare aut fal-
ſum teſtimonium dicere: ⁊ tamen nolit quouis mõ
p eo manum aut digitum pdere qui potius ſineret
ipm̃. totaliter pdi ⁊ annihilari: ergo ipſum infra ſe
diligit ⁊ tñ ſciẽter vult p eo mortalẽ culpã ſubire.
D Ex hac concluſione infero correlarie. Qđ peccãtẽ
mortaliter non oportet amore magis affici ad quã-
cunqꝫ creaturam q̃ ſit affectus ad deum patꝫ: quia
vt ſtatim deduxi quis poteſt lõge magis ſibi ipſi af-
fectus eſſe ſeu ſemetipſum amare: ⁊ tñ ex nudo amo
re amicitie ſiue pura bñuolẽtia p alio ſciẽter morta
liter peccare: ergo ſimiliter põt magis amare deum
⁊ tñ pro tunc ad alterius inſtãtiam velle committe-
re quod nouit eſſe mortale peccatum ⁊ in quo deuꝫ
offẽdit: cõſequentia tenet quia ſicut nõ oportet pec
cantẽ magis diligere finẽ ppter quẽ ſolũ mortale
cõmittit q̃ ſemetipſum: nõ etiam neceſſarium erit
vt illum vel deum ſupra ſe diligat. Et vt clarum ha
beas pone finẽ ſuũ eſſe pfectum illius cui bñ vult
aut placere illi. Et confirmo quia poteſt ſic adhuc
deum diligere qđ mallet in nihilum redigi ⁊ aliũ p
quo ⁊c. Prius q̃ ſineret Chriſto hãc cõtumeliã fie
ri q̃ fides extingueret̃ in terra aut qđ fere mundus
totus chriſtum blaſphemaret. Multo fortius etiã
q̃ deus per impoſſibile interiret aut omnipotentiã
pderet: ⁊ ſic de alijs. Ergo ſtat q̃ magis amet deũ q̃
ſeipſum vel alium peccat. cõſequẽtia tenet quia illđ
abſolute magis amat pro cuius amore vellet aliud
pdere vt eſt communis maxima doctorum ⁊ nõ ecõ
tra: ⁊ ne hoc moueat vult illđ quo ſe nouit deũ offẽ
E ſum ire: qđ ergo minus deum amat capiamus fami-
liare exẽplum pono qđ diligam patrem ſupra me ⁊

ſciam q̃ cum inſontẽ vel noxium quẽ laborat inter-
ficere ſine graui eius indignatione nõ poſſem de ma
nibus eius eruere poſſum miſeratione cõmotus vt
inſontẽ liberẽ ad tempus velle inimicitiã ſeu indi-
gnationẽ pr̃is ferre ⁊ ipſum nõ minus quã añ dili-
gere. Et iſtud pcedit maxime cũ ſperẽ facile patrẽ
placare poſſe: Ergo ſimiliter poſſum ad temp⁹ dei
indignatiõem p mortali ferre vt amico complaceã:
vnde ſequit̃ ſolum q̃ magis velim in hoc caſu pla-
cere amico quã velim ſeruare dei mandata aut q̃ ve
lim continuo in gratia eius ⁊ amore quemadmeꝫ
pmanere: nõ aũt ſequitur q̃ plus diligã cõplacere
amico q̃ diligam deum in ſe ⁊ ita nõ oportet quod
habeam aliquã creaturam ibi p fine vltimo. Et ſi di
cas illud ſimpliciter magis diligo cui volo mag: cõ
placere: Ergo vbi cognouero me nõ poſſe vtriqꝫ. ſ.
deo ⁊ amico cõplacere magis diligo amicum ſi vt ei
complaceam contentus ſim ferre indignationẽ dei.
Rñdeo ad maiorem q̃ hoc non oportet ſi magis ve-
lim ei complacere vt nũc ſolum vt patet in exemplo
adducto de indignatiõe patris vt eum liberem quẽ
ipſe vult occidere. ¶ Ad rationes ante oppoſitum
Ad primam nego antecedens: ⁊ ad probationem ad
ductam ex. x. de trinita. c. x. Dico q̃ verbũ Auguſt.
procedit de vita complete ordinata q̃ vꝫ aliquid ſta
tuit vltimum ſimpliciter ⁊ acceptat vt irreferibile.
Illa ſi eſt culpabilis vel eſt male vtens vel male fru
ens. Secus de vita que caret huiuſmodi ordinis cõ
plemẽto. Unde poteſt quis velle fornicari propter
delectatiõem: ⁊ quod tñ delectationem neqꝫ referat
in aliud neqꝫ etiam fruatur: immo qđ nollet eã pro
fine vltimo habere. Quãdiu enim nõ deputat̃ aliqđ
tã q̃ patria ciuis: ſed tan q̃ refectio vel etiam mãſio
viatoris nõ eſt ibi vera ratio fruitionis. xj. de trini.
ca. vj. Ad aliud ex libr. lxxxiij. q. xxx. Dico q̃ ibi ſu-
mit frui large: vt illa re frui dicamur de qua capi-
m⁹ voluptatem vti vero qñ referimus in aliud vnde
voluptas capienda eſt. Unde dicit. l. queſtione. Be-
ſtias frui re aliqua ſed nũ q̃ vti. Et ſic nihil militat
contra propſitum. Etiam ſolui põt quemadmodũ
magiſter ſñiarum hec duo concordando. Radix om
nium malorum eſt cupiditas: ⁊ initium omnis pec-
cati ſupbia qđ ſcꝫ diſtributio fiat p gñibus ſingulo
rũ ⁊ nõ p ſingulis gñm ⁊ hoc predicatione cauſali.
¶ Ad ſecundum primo de auaritia dico qđ dicitur G
idolorum ſeruitus nõ q̃ auarus aurum deum ſuum
reputet: queadmodum idololatra ſuum idolũ ſed
quia ob auri amorem dei p̃ceptum p̃terit ⁊ potius
nũmo in hoc ſeruit q̃ deo. Et cõſimili ratione gulo
ſis venter deus eſſe dicitur: nõ q̃ ventrẽ ſuũ bonum
ſummũ vl' vltimũ finem in quem ſingula referri de-
beãt deputent cũ ſepe nollent in vita illa pꝑetuari.
immo ⁊ efficacit̃ proponũt poſt tempus certum ven
tris delicias penitus reſecare a ſe: ⁊ p tpali vel eter
na cauſa frugaliſſime vitam ducere ſed pro eo ven-
trẽ ſibi deum habere dicuntur quia vẽtri deo p̃teri
to ſuiunt vẽtris deſideria explẽt ⁊ dei mãdata pro
tũc cõtẽnũt: qđ aũt glo. dicit hoc ab hoĩe ⁊c. Verũ
eſt q̃ hoc colitur tan q̃ deus quod preceteris diligit̃
⁊ ſup omnia ſed nõ omne illud magis diligit p quo
in certo actu alt̃ius placitũ vel mandatũ negligit
aut cõtẽnit. Uñ Augu. tractãs illud Saluatoris
Matthei. vj. Aut vnũ ſuſtinebit ⁊ alt̃um cõtẽnet
dat exẽplũ. Si q̃s ancille aliene cõuinct⁹ ppter ſuã
cupiditatẽ patiat̃ eius ſeruitutem quã nõ amat ⁊c
¶ Ad tertium. Cum deducit̃ omne opus ex amore A



trahere originem. Dico q̃ triplex eſt amor videlicet
partis rationalis elicitus: appetitus ſenſitiui ⁊ eſt
amor naturalis. Et verum eſt q̃ omne qđ facim⁹ fit
ex aliquo illorũ triũ amorũ. Et nõ oportet q̃ ſemp
ex amore rationali elicito ſeu diſtincto ab amore na-
turali q̃ nihil eſt aliud q̃ connaturalis in aliud. Uñ
dormiens proiectus ĩ ignẽ ſtatim triſtatur refugit
⁊ habet nolitionem pene q̃uis pro tũc de nullo alio
amãdo cogitet. Et amor rõnalis nũ q̃ fert̃ ad inco-
gnitũ: itelligo de rationali elicito q̃ dicit actũ volũ
tatis neqꝫ oportet oĩne illud eſſe peccatũ vnde etiã
effectiue quod peccatum eſt vt patet quum ex zelo
ſeu amore dei quis ignorãter blaſphemus eſt ⁊ ꝯtu
I melioſus ⁊c. Et vt de bona veſte naſcitur tinea ita
de bonis opib⁹ ĩmediate ſepe emergit q̃uis nõ ſine
culpa volũtatis ipſa ſuperbia: ⁊ ex hoc patꝫ q̃ ratio
Scoti nõ eſt ex hoc dicenda demõſtratio ſed vix me
retur dici topica pſuaſio. ¶ Ad quartũ rñdeo q̃ na
turali appetu ſeu amore q̃cq̃d facimus agimus p-
pter pfectionẽ cõſummatã: ſed rationali amore nõ
prius q̃ cognouerimus in cõfuſo q̃d pfectio cõſũ
mata ſeu vita beata dicitur. Et tũc certe poſſumus
oĩa agere ppter vitam beatã dubij manẽtes in quo
conſiſtat huiuſmodi vita beata: ⁊ ita non oportet qđ
cõſtituam⁹ finẽ vltimũ in deo vel creatura aut vtro
qꝫ ſimul: q̃ñcũqꝫ deliberate ⁊ pleno rationis vſu ex
amore creature facimus qđ ſcim⁹ eſſe malum. Sed
agit talis ppter finẽ vltimũ ⁊ nihil eſt finis vltim⁹
ppter qđ faciat. Sicut q̃ currit ppter equũ ⁊ arbi
trio alterius relinquit quẽ equũ ſibi dare voluerit
p brauio. ¶ Ad quintũ dico: ſicut Chriſtus nõ ma
net fundamẽtũ in eo q̃ ignorãter peccat mortaliter
⁊ tñ nõ diligit quancunqꝫ creaturam eque vel ſupra
deum vt admittit Tho. ita ⁊ inſciẽt̃ peccante morta
liter vt ſupra deduxi accidere poteſt: hoc aũt falſuꝫ
eſt quod argumẽtum ſupponit videlicet Chriſtum
manere fundamẽtum quoadu ſqꝫ creatura eqꝫ vel ſu
pra diligatur q̃ deus. Sed tunc ſolũ fundamentuꝫ
eſt quando ſic fert onus totius edificij volũtatis vt
omnino hereamus in ei⁹ placito gratia ⁊ amore qđ
nu ſq̃ ſeorſum trahamur ſciẽter aut ignorãter quo
inimicitiam eius promereamur ⁊ indignationẽ per
mortale ſcilicet peccatum.

Quartũ eſt vtrũ dilectio ſiue amor dei
ſupra oĩa ſufficiẽt̃ nos reponat in ſta
tũ ſalutꝫ an ſecũ ꝯpati poſſit aliquod
mortale pcm̃. ⁊ videt̃ prio qđ nullũ
patiat̃ mortale pcm̃ ſed reponat ⁊c
¶ Prima qꝛ charitas nullũ cõpatit̃
mortale pcm̃ ſed dilectio dei ſup oĩa infert chari-
tatẽ ergo. cõſequẽtia eſt euidẽs qꝛ q̃cq̃d repugnat
cõſequẽti repugnat neceſſario omni antecedenti ad
qđ ipſum ſequit̃ ⁊ maior patꝫ. quia vt dicit Augu.
Sola charitas veſtis nuptialis ẽ diuidẽs int̃ filios
regni ⁊ pditiõis. Idem in glo. p̃me ad corinthi. xiij.
Minor pbat̃ qꝛ vt dicit̃ Ioã. xv. Maiorẽ hac dile-
ctionẽ nemo habet quã vt aĩam ſuam ponat q̃s pro
amicis ſuis: ſed dilectio dei ſup oĩa facit hoĩem pa-
ratũ animã pro chriſto ponere neqꝫ poteſt maxima
dilectio eſſe ſine charitate ergo ⁊c. Et hec videt̃ eſſe
rõ doctorum: quare in ſtatu nature lapſe nõ poteſt
q̃s exire in actũ dei ſup omnia ſine charitate de quo
Tho. prima ſecũde. q. cix. ar. iij. Preterea quicunqꝫ
attingit finẽ p̃cepti eſt in ſtatu ſalutis ⁊ ſine oĩ ma
cula culpe mortalis. ſed diligẽs deũ ſupra oĩa attin
git ⁊c. ergo. Maior patet qꝛ finis p̃cepti eſt face-

re hominẽ bonum ⁊ pducere ad vitã eternã. Minor
probat̃: qꝛ ſm Apoſto. j. ad Thimo. j. Finis p̃cepti
eſt charitas de corde puro ⁊ conſciẽtia bona ⁊ fide
nõ ficta ſed illa charitas nihil eſt aliud q̃ dilectio
ipa dei ⁊ primi ppter deũ: vnde Aug. xiiij. de ciui.
dei. c. vij. Cuius ppoſitũ eſt nõ ſm hominẽ ſed ſcđm
deũ amare primum ſicut etiã ſeipſum pcul dubio
ppter hũc amorẽ dicitur volũtatis bone q̃ vſitati⁹
in ſcriptura charitas dicitur. ⁊ Enchiridion. c. vl. ex
ponẽs allegatũ v̄bũ Apoſtoli dicit. Omnia referẽ-
da eſſe ad charitatẽ. i. ad diligẽdũ deum ⁊ primum
ppter deum. ¶ Ad oppoſitũ arguo: quia vt ſupra
deduxi contingit hominẽ ex zelo dei cõmittere mor
tale peccatum: ergo nihil phibet hoĩem ex zelo dei
ſemetipſum morti tradere p hereſi vel perſecutiõe
mortaliter culpabili: vt fuiſſet de Paulo cõtra pſe
cutionẽ Chriſtianorꝫ ⁊ p conſequẽs dilectio dei ſu
pra oĩa ſtat cum mortali peccato. Preterea ſecũ-
do quia nemo poteſt ſcire ⁊ pro certo cognoſcere q̃
ſit in charitate ſed poteſt experiri in ſe ⁊ certiſſime
cognoſcere qđ diligit deum ſup oĩa: ergo nõ ĩfert
charitatẽ cõſequẽtia tenet: quia q̃cũqꝫ poteſt ſcire
antecedẽs poteſt ſcire ⁊ conſequẽs. Maior patet p
illud Eccleſiaſt. ix. Nemo ſcit an amore dei an odio
dign⁹ ſit q̃ ſi forte expoſueris de odio eterne repro
bationis ⁊ amore p̃deſtinatiõis. Cũ multi ſciant ſe
eſſe in mortali pctõ ⁊ ita in ſtatu eterne dãnationis
extra charitatẽ adduco illud Iob. ix. Si venerit ad
me nõ videbo: ⁊ ſi abierit nõ intelligã illũ. qđ Gre.
exponere videtur de acceſſu ⁊ receſſu per. ſſ. donati-
onẽ vel ſubtractionẽ in charitate etiam eodẽ. c. dici-
tur etiam ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit ani-
ma mea ⁊ tedebit vite mee ex quo verbo concludit
ſancta mater eccleſia. c. fi. de purgatione canonica.
Quod nõ ſine magna temeritate quis iurare poteſt
ſe imunẽ a criminibus obiectis quaſi iã p penitẽtiã
remiſſis ⁊ abolitis: nulla autẽ eſſet temeritas vbi ſe
ſciret in charitate eſſe ergo ⁊c. ¶ Pro huius ſoluti A
one ad ſciẽdum q̃ dilectio dei ſup omnia nobis ſit in
p̃cepto p̃mitto qđ non ſufficit ſic deũ ſup oĩa dili
gere q̃ p eius ſalute (ſi p ĩpoſſibile piclitare poſſet)
parati ſumus cetera omnia pdere ⁊ mortẽ ipſã per
petuã ſine ſpe reſurgẽdi ſubire. Probo quia amor
dei ſuper oĩa ad quẽ obligamur ĩcõpoſſibilis eſt
omni affectui quo ſaltẽ deũ ſciẽter offẽdim⁹ morta
liter vt oẽs fatent̃: ſed p̃dict⁹ dei amor ꝯpatit̃ ſecũ
⁊c. ergo minor patet exemplariter de patre ſic affe-
cto filio ſuo vt ſi mortis piculum ĩmineret ſpõte rẽ
iniuſtam p eius liberatione faceret: ⁊ mortẽ ipſam
ſubiret p cuius tamen placito ſi extra neceſſitateꝫ
(vbi ſi nõ fecerit ſcit filiũ grauiſſime indignatũ) ita
non vult rẽ in bonis ſibi p̃iudicialẽ facere aut rẽ in- B
iuſtã quã filius petit: ergo ſimilit̃ poteſt q̃s ſic deũ
ſuper oĩa diligere ⁊ ſciẽter eũdẽ mortaliter offende
re. ſed tenemur ⁊ oportet deum ſuper omnia dilige-
re tan q̃ finem vltimũ ⁊ q̃ ſit ratio ⁊ mẽſura diligen
di cetera ita videlicet qđ ſi ⁊c. Oĩa referat homo in
deũ nolitqꝫ amare niſi q̃tũ deo placuerit ⁊ eadẽ ve-
lit renuere ⁊ abdicare ⁊ perdere vt ſatiſfaciat diui-
no placito ⁊ ſãcte ei⁹ volũtati vt ſit ei: q̃tũ ad amo-
rem liberum attinet: deus omnia in omnibus: ⁊ cũ
Apoſtolo vere dicere poſſit viuo iam non ego viuit
vero in me Chriſtus ad Galath. ſcđo. ¶ Pro huius
planiori intellectu aduertẽdum eſt: vt dicit Philo-
ſoph⁹. i. Politicorꝫ. Finis nulla mẽſura eſt vt medi
cina ſanitatis in ĩfinitũ eſt ⁊ vnaq̃qꝫ ars finis in ĩfi-

Universidad de Deusto Biblioteca



nitum. Nam ꝙ maxime volūt illum efficere: ſed eoꝝ
que ad finē ſunt non in infinitum: ſed ſuā menſurā
habēt. i. appetūtur tāꝗ̃ fini conducūt: reijciūturꝗ̃
ſi diſconueniāt fini. Verbi gratia: licet amē dulcia
nō adeo ſum demens: ꝙ dulce venenū ſumere velim
niſi quantū ſperās ſanitati cōducere poſſe: ⁊ reſpuo
cōtemno ⁊ abhominor: quantū ꝯtrariū eſt ſanitati:
amor itaꝗ̃ ad dulce venenū: lȝ ceteris p̄diligaꝛ pro-
pter dulcedinē nō tū̄ eſt ad ipſū vt finē: ſed vt ad me
diū: ſic ꝓformiter de creaturis intelligo: ꝙ vt dul-
ce venenū aſſumi debeāt ad ſanitatē aīe que cōſiſtit
in placere deo: vt quātū cōducūt apperātur: ⁊ mag
no aīo cōtemnātur quantū officiūt: hoc eſt adherere
de quo Apoſtolꝰ dixit. Qui adhereret deo vnꝰ ſpūs
eſt cum eo: prime ad Cor. vj. Hoc eſt per amorē in
deū trāſſormari: vt Dion. iiij. de diuinis noībꝰ lo-
quitur: ⁊ ita abſorptū eſſe in deū: vt nullū pondus
ipſum aliorſū trahat: ſed ſolū pondꝰ diuini amoris
ipſum ꝓpellat ad finē inſtar ferri: qđ ſua grauitate
nihil magneti pōderis adijcit. Nam ferunt natura
les: ſi magnes aliꝗs fortis in libra appēſus fuerit:
D ⁊ poſt ad ſe attraxerit ferrū nihil vltra ponderis ꝗ̃
antea ex ſolo magnete: iam ex ferro ⁊ magnete inſi
mul erit: ita quaſi abſorpta ⁊ ab effectu mouendi:
grauitas ferri virtute magnetis impedita erit. Et
ꝙ ad hunc dei amorē ſup oīa teneamur: licet nō ꝓ
ſemꝑ actu. Probo ꝑ illud Deut. j. Et nūc Iſrael
ꝗđ dn̄s deꝰ tuꝰ petit a te: niſi vt timeas dn̄m deum
tuū: ⁊ ambules in vias eiꝰ ac diligas eum: ⁊ ſeruias
dn̄o deo tuo ex toto corde tuo: ⁊ in tota aīa tua. ⁊c̄.
Matthei. xxij. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde
tuo: ⁊ in tota anima tua: ⁊ in tota mente tua: hoc eſt
maximū ⁊ primū mādatū: ſed nō totū cor diligit. i.
ꝑfecta ⁊ plena volūtas niſi oīa referat in deū vt finē
propter quē ceteris impartiꝛ amorē: vn̄ gl. interli.
exponens illud Apoſtoli. j. ad Thimo. j. Finis p̄ce-
pti eſt charitas de corde puro conſciētia bona ⁊ fi-
de non ficta: ſup verbo puro dicit vt nihil diligatur
niſi deꝰ ⁊ qđ dei eſt: tūc quātūlibet multa diliganꝛ
ſolus deus diligiꝛ qn̄ ipſa niſi ꝓpter eū ad amorē
nō recipimus. Quomodo lib. de ſermōe dn̄i in mon-
te. Aug. declarans quēadmodū oculū ſimplicē de-
beamus habere lib. ij. c. ij. dicit. Sicut ergo non ab-
ſurde loqreꝛ q̄ diceret in hac oꝑa qua nauē q̄ro non
nauē q̄ro: ſed patriā. Sic Apoſtolꝰ ꝯueniēter dice-
ret in hac oꝑa qua hoībus placeo: non hominibus
placeo ſȝ deo. Et verificaꝛ illud. iij. Thop. Vbi vnū
ꝓpter alterū vni vnū tātū: hec videꝛ intētio Aug.
primo de doctrina Chriſtiana. Hec regula dilectio
nis diuinitus cōſtituta eſt diliges inꝗt ꝓximū tuū
ſicut teipſū: deū vero ex toto corde ⁊ ex tota aīa: to
ta mēte: vt oēs cogitationes tuas ⁊ oēm viā tuā: ⁊
oēm intellectū in illū cōferas: a quo habes ea que
confers: cū aūt ait: toto corde: tota anima: tota mē-
te: nullā noſtre vite partē reliquit: q̄ vacare debeat
⁊ quaſi locū dare: vt alia re velit frui: ſed ꝗcꝗđ aliud
E diligendū venerit in aīam illuc rapiaꝛ: quo totiꝰ di-
lectiōis impetus currit. Quiſꝗs ergo recte ꝓximū
diligit: hoc cū eo debet agere vt etiā ipē toto corde
⁊c̄. diligat deū: ſic eīn cū diligēs tāꝗ̃ ſeipſū totam
dilectionē ſui ⁊ illius refert ad illā dilectionē dei:
q̄ nullū a ſe riuulū duci extra patiꝛ: cuiꝰ diriuatiōe
minuaꝛ. Et confirmo: qꝛ precepti eſt vt oīa refera-
mus aliquādo in deū. j. ad Corin. x. Siue māduca
tis ſiue bibitis: vel aliud ꝗđ facitis omnia in gloriā
dei facite: ⁊ ad Coloſſeñ. iij. Quia quodcūꝗ̃ facitis

in verbo aut in opere: oīa in nomine dn̄i noſtri Jeſu
Chriſti facite: gratias agētes deo ⁊ patri per ipſū:
vbi gl. intli. qꝛ p̄cepit laudari deū in corde nūc ver-
bis: nūc factis: nomē Chriſti p̄exaltari p̄cepit: ergo
obligamur neceſſitate p̄cepti: aliqñ referre omnia
in deū qđ tūc ſolū fit cū paratos offerimus nos: ea
appetere ⁊ reſpuere ꝓ mēſura vltimi finis: vt videli
cet placitū ⁊ volitū fuerit a deo vt nō voce tantū:
ſed puro corde ⁊ ſincero affectu oremꝰ: fiat volūtas
tua ſicut in celo ⁊ in terra. Et lȝ quidā ex hoc infer-
re velint oēm actū culpabilē eſſe q̄ nō in deū actu:
vel virtualiter referaꝛ: mihi ſufficit qđ pro aliquo
tp̄e quo ſibi occurrit obligatio huiꝰ p̄cepti: niſi refe
ranꝛ nō ſūt immunes a culpa. Itē ſm̄ moralē intel
lectū p̄ceptū videꝛ Hiere. xvij. Cuſtodite aīas ve-
ſtras ⁊ nolite pōdera portare die ſabbati neꝗ̃ refe-
ratis ꝑ portas Hieruſalē: neꝗ̃ obſtat ſētētia Au.
⁊ alioꝝ doctoꝝ ꝙ p̄ceptū illud diligēdi deū ex toto
corde ⁊c̄. Hic nō impleꝛ ꝗ̃diu adhuc aliꝗđ carnalis
cōcupiſcētie ineſt: vt latius videre poteris ꝑ magi-
ſtrū ſentētiarū ⁊ ſcolaſticos doctores. xxvij. diſt. ij.
qꝛ loquor ſolū de motu amoris libero: quē totū ſic
obligamur in deū quaſi in finē vltimū ꝯferre: vt ſo-
lū ſm̄ eiꝰ ſanctū placitū hec vt media appetamꝰ: qđ
nemini impoſſibile eſſe certū eſt ꝓpter libertatꝭ cō-
ditionē: ⁊ certe qui iſta negare auſit: videat: quō te-
nemur deū vt finē vltimū poſitiue exponēdo ly vlti
mū diligere ⁊ tū̄ non oīa in ipſum referre. Itē ⁊ q̄
cauſa eſſe poſſit: ꝙ amor creature eo gradu ſemper
pctm̄ eſt: cū res quā diligit hō amitti non poſſit ſi-
ne dolore. Item ⁊ quō finis p̄cepti ſit charitas de
corde puro ⁊ cōſciētia. ⁊c. nū ad eā demētiā cōuo
lauerit: vt dicat nos ad hūc finē attingēdū in via mi
nime obligari. Ex his infero correlarie ꝙ obliga-
mur deū nō ſolū extēſiue ſup oīa: verū etiā intēſiue F
ſuper oīa diligere: intelligo vbi debito amore deus
⁊ creatura diliguntꝛ. Probo: qꝛ ſicut eſt neceſſe pri
cipia magis ſciri cōcluſione. j. Poſterioꝝ: ita finē
magis diligi his q̄ ſunt ad finē. Idē ꝓbat doctor
Subtilis. iij. ſentē. diſt. xxvij. qꝛ illud ſimpliciter in-
tenſius ⁊ maiori affectu diligo: ꝓ cuius amore me-
ipſum ⁊ alia volo exponere: ꝙ aūt aliꝗ dicūtur te-
nerius ⁊ feruētius diligere qui tū̄ firmiꝰ non dili-
gūt: hoc nō eſt ex aliquo exceſſu amoris intellectꝰ
in eis: ſed forte alicuiꝰ paſſionis amoris ſenſitiui: ſi
cut aliqui q̄ dicuntur deuoti ſentiūt aliquā maiorē
dulcedinē: quā alij multo ſolidiores in amore dei: q̄ G
in centuplū prōptiꝰ ſuſtinerēt martyriū: nec dulce
do illa eſt actus volūtatis elicitus: ſed paſſio quedā
actui attributa qua deus allicit ⁊ nutrit paruulos
ne deficiāt in via: ⁊ obligat iſtud p̄ceptū nō ſolū ad
vitādū odiū cōtrariū: ſed pro aliqñ ad actū elicitū.
Pro quo aūt tēpore currit eiꝰ obligatio dicit Sco
tus hoc determinatū hoc p̄cepto: ſabbata ſanctifi-
ces: vt maneat q̄ſꝗ̃ apud ſe. i. recolligendo ſe ⁊ aſcē
dēdo apud deū ſuū. Eccleſia vero ſpecificauit quā-
tū ad miſſā audiendā die dominico. de conſe. diſt. ij.
miſſa. Hec Scotus. Preterea obligamur ad illum H
amorē dei: qui paratos nos facit omnia: immo noſ-
metipſos ꝑdere pro deo ſeu eiꝰ amore: ita videlicet ꝙ
efficaciter velimꝰ cūcta ꝑdere: ⁊ mortē immo a nni
hilationē ꝑpetuā ſubire: priuſꝗ̃ ipſū offenderemꝰ:
ſeu eiꝰ amicitiā ꝑderemꝰ: ſed hoc facere nō poteſt
amor dei: niſi intēſior fuerit quocūꝗ̃ alio amore: er-
go ⁊c. Maior patet ꝑ illud Luce. xiiij. Ois qui nō
renūciat omnibus q̄ poſſidet nō pōt meus eſſe diſci- I



pulus: renunciare aūt ſm̄ glo. oībus recte viuenti-
bus commune eſt: ſed relinquere perfectorum. Ni-
hil autem aliud videtur eſſe renunciare ꝗ̃ aīo para
tum eſſe ad omnia pro Chriſto relinquendum ſeu
perditioni ꝑpetue exponendū: quomodo eodē. c. pre
mittitur q̄ venit ad me ⁊ nō odit patrē ⁊c̄. Adhuc
aūt ⁊ animā ſuā nō poteſt meus eſſe diſcipulus: vn̄
Ambr. homelia. xvj. ſup Geneſi. Chriſtꝰ (inꝗt) do-
minꝰ noſter ꝗđ precipit ſacerdotibus audiatis qui
non renunciauerit omnibus. ⁊c̄. cōtremiſco hec di-
cēs. Meus enim primo omniū: meus inquā accuſa
tor exiſto: meas cōdemnatiōes loquor: negat Chri-
ſtus ſuum eſſe diſcipulū quē viderit aliꝗđ poſſiden
tem ⁊ nō renunciat. ⁊c̄. Et quid agimus: quomodo
hoc aut ipſi legimus: aut populo exponimus: q̄ non
ſolū nō renūciamus his que poſſidemꝰ: ſed acqui-
rere volumus ea que nūꝗ̃ habuimus anteꝗ̃ venirē
mus ad Chriſtum. Nolo duplicati criminis eſſe reꝰ
⁊c̄. Sed ex hoc ſaltē cōmoniti feſtinemus implere:
feſtinemus tranſire a ſacerdotibꝰ Pharaōis quibꝰ
terrena poſſeſſio erat: ad ſacerdotes dn̄i: qbꝰ in ter-
ra poſſeſſio non eſt: ſed dn̄s portio eſt: talis erat q̄ di-
cebat tanꝗ̃ egētes: multos aūt locupletātes: vt ni-
hil habentes oīa aūt poſſidētes: vbi licet Ambroſi.
ſolum inuehat in ſacerdotes: omnibꝰ tamen quantū
neceſſarium eſt Chriſti diſcipulos fieri: neceſſe eſt
vt renūciēt ad ſenſū p̄dictū. Et minor patet: qꝛ qđ
pōdus in libra hoc eſt amor in aīa: ſed poſita equali
tate corporis niſi grauitas intēſior fuerit nō pre-
pōderat ergo cū amor pondus ſit in equali anima:
puta aīa intellectiua: q̄ eſt indiuiſibilis: neceſſe eſt
k vt intenſior ſit ſi debeat animū mouere ad vniꝰ ꝓſe
cutionē pre ceteris. Vnde ſi ponamꝰ amores eque
intenſos ad diſparata pro eodē tempore ꝓſequēda:
neutrum proſequimur: ergo oportet exceſſum eſſe:
nec refert ſi ꝓpter ſpeciē obiecti: vnꝰ amor fuerit al
ro ꝑfectior: quoniā vehemēs triſtitia pellit delecta
tionē quātūcūꝗ̃ nobilis fuerit ex ſpecie: ita magnꝰ
amor etiam vilior ſm̄ ſpeciē amorē alium nobiliorē
ꝑuincit ⁊ excludit: copulādo aciē mentis totā ſuo
obiecto: vt alterū nequeat attēdere. ¶ His p̄miſſis
dico ſine temeraria aſſertione: ꝙ ea dilectio dei ſup
oīa: que nobis in p̄cepto eſt: reponit nos ad ſtatum
ſalutis: neꝗ̃ cōpatitur ſecū aliquod mortale pecca
tum. Probo primo ſic dicit Aug. tractās illud ad
Rom. v. Juſtificati ergo ex fide pacē habeamꝰ. ⁊c̄.
Si deꝰ confugientē ad ſe nō reciperet: eſſet in eo ini
quitas: ſed vere confugit ad deum qui deum ipſum
ſuper oīa diligens iam paratꝰ eſt omnia pro Chri-
ſto ꝑdere: ergo recipiꝛ a deo: ⁊ ꝑ cōſequēs eſt in ſta
tu ſalutis. Preterea dilectio dei q̄ nobis in p̄cepto
eſt: eſt finis p̄cepti ſeu legis eminēter ſeu virtuali-
ter cōtinēs impletionē oīm mandatorū: ergo abſu-
mit oēm rubiginē moralis vite: ⁊ arguit ſeu infert
ſtatū gratie: añcedens patet ꝑ illud Joā. xiiij. Qui
habet mādata mea: ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̄ diligit me.
Et ibidē. Si quis diligit me ſermonē meū ſeruabit
⁊ pater meus diliget eū. ⁊c̄. Qui aūt nō diligit me:
ſermones meos nō ſeruat: vbi ex ꝯtradictorio an-
tecedentis Saluator ꝓgrediꝛ ad contradictoriū cō
ſequētis. Quod ſolum licet in cōuertibilibꝰ. Itē
ad Rom. xiij. Qui proximū diligit: legē impleuit.
Et ad Gala. v. Omnis lex in vno verbo inſtauraꝛ.
Diliges proximū tuū ⁊c. ergo ipſa dilectio dei q̄ no
bis p̄cepta eſt: eminēter ſeu virtualiter eſt impletio
omniū mandatoꝝ: neꝗ̃ formidare debemus ꝙ for-

te cōpatiaꝛ ignorantiā aliquā mortaliter culpabilē
quoniā ſi vnctio nos docet de oībus vel neceſſe non
habeamus ꝙ aliquis doceat nos. j. Joan. ij. c. Nōne
hunc docebit iam quaſi inuiſceratum ⁊ vnū factum
cum deo: ſi ergo aliquid ignorat: non eſt ei neceſſa-
rium ad ſalutē pro tunc hoc ſcire. ¶ Ad rationes
poſt oppoſitū adductas q̄ ſunt cōtra veritatē. Ad M
primam dico ꝙ nō omnis zelus dei eſt ille amor dei
ſuper omnia de quo ſcripture loquuntur: ſed ſolū
ille quo diligitur deꝰ vt finis vltimꝰ omniū: animū
paratum ⁊ promptum faciēs omnia vel acceptare:
vel reſpuere ⁊ ꝑdere ꝓut deo placuerit: ex illo aūt
amore dei nūꝗ̃ procedit homo ad mortale peccatū
¶ Ad ſecundā reſpondeo. Primo ad hoīem: ex al-
tera ſcita: ⁊ altera opinata non poteſt inferri ꝙ con
cluſio ſit ſcita: vt ſciūt artiſte: modo doctores ⁊ ego
opinamur hāc dilectionē nō poſſe ineſſe homini ſine
charitate: ⁊ nō ſcimus neꝗ̃ habemus certam ⁊ eui
dentē notitiā. Et cū dicitur: qui ſcit añcedēs ineſſe
poteſt ſcire conſequēs ineſſe: verum eſt ſi poſſit ſci-
re qđ ipſum ſit cōſequēs neceſſario ſequēs. Ad ma N
teriā dico ꝙ licet poſſit ꝓbabilē cōiecturā habere
ꝙ actꝰ ille dilectionis inſit: non tū̄ poteſt euidēter
cognoſcere ⁊ ꝓ certo: quomodo enim ſcire poterit
ꝙ ita deo ſe totū infūdit ꝓpter ſe. i. bonitatē. ſ. ⁊ ſā-
ctitatē eiꝰ vt nec vitā eternā niſi in deo: ⁊ ꝓpter deū
diligat: animo paratus ⁊ efficaciter volens omnia:
ſeipſum: ⁊ alia qn̄ deo placebit ꝑdere: vt impleatur
ſancta voluntas dei: ꝙ etiam nulli creature nec ſibi
ipſi quidē libero aliquo amore adhereret niſi in deo ⁊
propter deū que voluntas multo eſt purior ⁊ lauda
bilior ꝗ̃ volūtas ꝑferendi ꝓ Chriſto martyriū pro
ſpe aſſequēdi vitam eternā. Et certe lōge aliud eſt O
optare aut velle: ꝙ ſic deū amarē ⁊ de facto ſic affe-
ctū eſſe: ⁊ ſic efficaciter velle ſicut opto ⁊ deſidero
efficax velle ſciētie: ſeu ad ſciētiā: ſed vbi efficaciter
iā vellē manū ad aratrū mittēs labori: vigilijs: ⁊ id
genus oꝑis nō parcerē: ſic opto alteri ſubuētū iri
ſed nolo porrigere manū: ſi ponatur ꝑ reuelationē
certiorari: non nego quin etiā ſic certꝰ fieri poſſet
de hoc ꝙ habeat charitatem: ſed nō niſi videat aut
certitudine fidei aut cōſimili ſciat actum hūc ineſſe
non poſſe ſine charitate. Nec expedit hominem (niſi
valde ſciens ⁊ deuotꝰ fuerit) de his multū ſe tētare
quoniam difficillimum eſt ꝓprias affectiones me-
tiri: vnde. xvij. diſtin. iiij. in materia de conditione di
cit beā. Tho. Quāuis contriti diſpoſitio talis eſſe
debeat ꝙ magis diſpliceat offenſa dei quā quecūꝗ̃ P
pena q̄ infligi poſſet: nō tū̄ eſt deſup tentandꝰ qm̄
nō facile metimur affectus noſtros: ⁊ ſeꝗtur videꝛ
magis diſplicere qđ diſplicet minus ꝓpter annexū
ſenſibile nocumentum. ¶ Contra hoc qđ dictum eſt
nos teneri deū ſuper omnia ⁊ intenſiore amore dili
gere. Arguo prīo ex verbo beati Aug. in lib. de do
ctrina Chriſtiana inducētis illud ſapiētis. Ama il-
lam ſicut pecuniā: illā inꝗ̃ ſapientiā: indignū eſt ⁊
iniurioſum vt ſapiētia pecunie ꝯparetur. ſed amor
amori cōparaꝛ. Video enim vos hic ſic amare pecu
niā: vt iubente amore pecunie: labores ſuſcipiatis:
ieiunia tolleretis: mare trāſeatis: vētis ⁊ fluctibus
vos cōmittatis: habeo vnde eligā quod ametis: ſed
non habeo qđ addatis ad amorē quo amatis: ſic me
amate: plus nolo amari: dicit dominꝰ improbis lo-
quor: auaris loquor: pecuniā diligitis: tm̄ me dili
gis: certe melior ſum incomparabiliter: nolo a vo-
bis ampliorē amorē: quantū diligitis pecuniā: tm̄

meamate: erubeſcamus ſaltem confiteamur ⁊ pe-
ctora tondamus: non vt pauimentū ſolidemus: nā
qui tondit pectus ⁊ non corrigitur ſolidat peccata
non tollit: tondamus pectus ⁊ cedamus ⁊ corriga-
mur a nobis: ne ille poſtea nos cedat qui magiſter
eſt: hec ille. Sed auarus non diligit pecuniā ſuper
omnia: nam primo de doctrina Chriſtiana inquit:
auarus quis pecuniam diligat: tamen emit ſibi pa-
nem qđ cū facit dat pecuniā quā multū amat ⁊ au-
gere deſiderat: ſed quia pluris eſtimat ſalutem cor-
poris ſui que illo pane fulcitur: ergo nō obligamur
deum vt finē vltimum ⁊ ſuper omnia diligere: ſed
ſufficit quantum auarus (pro qua graues labores
ſuffert) pecuniam diligit. Preterea diſtinguūt do-
ctores quatuor modos diligendi rem vnā plus alia
Q Primus quando perfectiori ſeu intēſiori actu. Se
cundus quando ad maius bonum. Tertiꝰ quando
naturalius ⁊ firmius. Quartꝰ vbi ex electiōe opor
teret alterius amorem perdere: preeligeret. ⁊c. Et
nos obligatos deum plus alijs diligere ſolū ſecun
do ⁊ quarto modis. ergo. ⁊c. Preterea cū dilectio-
ne dei ſuper omnia ⁊ qua amatur vt finis vltimus
omnium ſtat liber amor creature circa deū qui etiā
in perditione rei cōcitaret dolorem ſeu triſtitiā: er-
go nō videmur neceſſitate precepti obligari: exclu-
dere omnem amorem alium liberum: ⁊ eum ſolum
admittere: qui eſt dei vel aliorū propter deum. Con
ſequentia tenet: quia ſi ſic iam veniale peccatū eſſet
contra preceptum: puta talis amor creature citra
deum. Et antecedens probatur: quia talis amor crea
ture eſt compoſſibilis charitati: ergo ⁊ actui chari-
tatis: qualis eſt dilectio dei. Et confirmatur quia ta-
lis motus in creaturam non interrūpit motū ad fi-
nem vltimū: licet reddat minus intenſum: iuxta il-
lud Augu. x. confeſſionū. Minus te amat domine
qui tecum aliquid amat: qđ non ꝓpter te amat. Eſt
enim quaſi amenitas vie faciēs vt viator paulo tar-
dius progrediatur: licet nūꝙ̄ deſiſtat fortiter am-
bulare: vel vt virtus magnetis parū influxa ferro
que motū ex virtute magnetis fortioris ad oppo-
ſitam differentiam poſitionis retardat: ſed interci
pere aut interrumpere non valet. Preterea quarto
niſi liceret amorem liberū creature admiſcere: pec-
caret qui deum amando ⁊ cetera ſimul eligeret viā
minus laborioſam: vel magis delectabilem: ⁊ fuge-
ret magis arduam: diligens ſuam quietem. Seque-
la probatur: quia ſcit deo viam magis arduam gra-
tiorem: ſed quia in hac via magis amata deo etiam
placere pōt hanc eligit: paratus arduiſſimā ſubire
vbi alias Chriſti in indignationē oporteret incurre
re. Ad primum reſpōdeo: videtur interimere ſeip-
ſum cū enī certū ſit: ꝙ nemini licet deū infra ſe ſeu
minus ꝙ̄ ſeipſum diligere. ⁊ auarus vt argumentū
deducit: pecuniā infra ſe diligit: quid manifeſtius
chariuſve inferri poteſt: ꝙ̄ obligari hominē vt plus
R deum ꝙ̄ auarus pecuniam diligat. Pro verbis au-
tem Augu. eſt aduertendum: ꝙ amor non ſolum ac-
cipitur pro interno affectu: ſed etiā pro externo ef-
fectu: qui ex interiori affectu procedit: quo genere
S loquendi profuſionem pecunie: vbi ⁊ quādo opor-
tet appellamus liberalitatem. Hoc premiſſo reſpō
deo: cum dicit Aug. Sic me amate: nolo plus ama-
ri ⁊c. Nolo a vobis ampliorem amorem: intelligen-
dum eſt de amore pro externo labore ⁊ moleſtia: nō
enim exigit regulariter plꝰ laboris ⁊ moleſtie a no
bis dominꝰ: quāꝙ̄ ⁊ in caſu vtiꝗ̄ pro deo plus fe-

rendum eſt: vt dū martyriū pro fide ſuſcipere opor
ter. Sed Augu. intendit deum regulariter maiorē
charitatem ⁊ amorem in effectu non requirere: ſe-
cus eſt de interiori affectu. Ad ſecundum: prio eli-
dendo auctoritatem illorum doctorum: quia dicūt
ipſi Holcot videlicet. q. iiij. j. in ſolutione ad quin-
tum principale: ⁊ Alliaco. j. diſt. j. ſententiarum. ⁊c
licet forti ita remiſſe diligere deū ſicut vult: dūmo-
do velit ei ſummum honorem: ⁊ licet ei creaturam
ſimiliter diligere ita intenſe ſicut vult. ⁊c. cuius ſe-
cunda pars manifeſtiſſime falſa eſt: vt patet ex de-
ductis in ſecundo articulo. Et reſpondeo ad argu
mentū per interemptionē: ꝙ immo intenſius tene-
mur diligere deū ꝙ̄ creaturā: dilectā ſaltem amore
ſpeciali ⁊ diſtincto: quo ſcilicet non diligitur ſimul
deus. Ratio: quia oportet in nobis amorem dei for
tiorem eſſe amore ſeu dilectione ad quācūꝗ̄ creatu
ram: ſeu quācūꝗ̄ aliam rem: iam licet nobilior fue-
rit: niſi etiam ſi intenſior cederet ſtatim alteri amo-
ri: quum nobilitas ⁊ perfectio nō arguat efficaciā
⁊ vim ſupra alium amorem: vt ex ſimili patet de di-
lectionibus: intellectionibus: ⁊ alijs volitionibus:
ergo oportet deū intenſiꝰ diligere ⁊ non ſufficit. ⁊c
Ad tertium nego antecedens: ad primā eius pro-
bationem nego ſequelā: ⁊ ratio eſt: quia licet talis
amor creature citra deū ſit incompoſſibilis amori
dei ſuper omnia ⁊ tanꝙ̄ finis vltimi: ſi quis tamen
illum amorē creature eliceret ꝑ tempore quo obli
gatur amorē illum dei tanꝙ̄ finis vltimi elicere: nō
peccaret mortaliter cōmiſſione: ſed omiſſione actus
debiti: ſicut cum quis ambulat per prata quum de-
bet audire miſſam. Ad ſecundam probationem ne- T
go conſequentiā: multa enim ſunt compoſſibilia ha-
bitui charitatis que aliquibus actibus eiuſdē cha-
ritatis penitus repugnant vt ſurreptitium odium
fratris repugnat actuali dilectationi charitatiue
fratris: ſed habitui charitatis: nullo mō repugnat
nō valet ergo conſequentia: charitati non repugnat
ergo nec eiꝰ actui qui eſt diligere. Ad confirmatio
nem dico: ꝙ virtualiter committitur fallacia cōſe-
quētis: in effectu enī arguitur. nō repugnat: ſed cō
poſſibilis eſt motui ad finem vltimū: ergo huic mo-
tui qui eſt amor dei tāꝙ̄ finis vltimi: ſunt enī plu-
res motꝰ ⁊ amores ſtudioſi in deū quibꝰ nō repug-
nat: ſed illi precellentiſſimo ꝗ̄ cor totū ſibi vēdicat
incōpoſſibilis eſt ⁊ repugnat: nec eſt ſimile de virtu
te magnetis comparatione ad motum ferri: ⁊ de il-
lo amore libero creature reſpectu amoris dei tanꝙ̄
finis vltimi. Sed ſimile eſt de motu recto ⁊ circu-
lari: quoꝝ vterꝗ̄ etiā motus eſt: non ſic aūt virtus
magnetis. Ad quartū ⁊ vltimū nego ſequelā. Et
ad probationem dico ꝙ ⁊ ſi talis eligit ⁊ amet ali-
quid licite cuius ratio amandi non ſit deus: nō ta-
men eo tunc pro quādo obligatur ad eminētiſſimū
illum actum charitatis quo oīa referūtur in deū: ⁊
nihil in eis libere amatur niſi in deo ⁊ propter deū.
Unde nō valet conſequentia: talis amor licet: ergo
ſtat cū quolibet actu charitatis: inſtantia clara eſt
de ſomno. Item charitas inclinat ad multos actus
qui inuicem ſunt incompoſſibiles vt ad contempla-
tiuam ⁊ actiuam vitam: ad ſeruandū ⁊ ad erogandū
ad predicandū ⁊ ad celebrandum. Et tantū de pri-
ma queſtione. ⁊c. De totalitate affectus quo tene-
mur deum toto corde diligere. ⁊c. vide in Bonauē-
tura. xxvij. diſt. iij. q. vj.

¶ Prima queſtio ſine argumentis.



Quare conſumpti leguntur aliꝗ̄: quia
queſierunt cibū ſibi: quū mortis cau
ſam nūꝙ̄ videatur ſollicitudo de pa
pium eſt in actibus perinde vt ſuppoſitiones ipſe in
mathematicis. Neqꝫ igitur ibi docendoꝝ principio
rum eſt rō:neqꝫ hic ſed virtus aut naturalis aut aſ-
ſuetudine parta cauſa eſt opinādi circa principiū
recte:ſed veritas eſt ꝙ hō ꝙtumcūqꝫ deprauat⁹ ⁊
habitu corrupt⁹ pōt pro tēpore recte iudicare de
agēdis ⁊ moraliter bn̄ agere:vn̄ Philoſo.iij.ethi.
c.de ꝟitate:atqꝫ qualis vnuſqͥſqꝫ eſt talia tā dicit ꝙ
agit:niſi alicuius gratia agat:ergo quis contra in-
clinationē habit⁹ ⁊ ſētire ⁊ agere pōt. Et ptꝫ iſtud
manifeſte de penitentib⁹ qui habituati ſunt ad intē-
perantiā ⁊ hmōi:vn̄ ſicut contingit ſapientē aliquē
B agere inſipienter::male ita ecōtra. Sunt em̄ habit⁹
in anima quod pond⁹ vel leuitas in corporib⁹ amor
meus inqͥt Aug. pōdus meū illuc feror quocūqꝫ fe
ror:⁊ vt pond⁹ impedit̄ in corporib⁹ ne moueat de-
orſum:aliqn̄ per vim aliqn̄ preter naturam:⁊ aliqn̄
ſm̄ naturā:primi vt dū lapidē proijcio ſurſum: ſe-
cundi dum magnes trahit ferrum ſurſum:tertij ſi-
cut ferrū quieſcit in ſupficie terre:ſic dū priuat̄ ho-
mo vſu ratiōis:quaſi per vim impedit̄ habituū vſus
ſecundi cū propter habitū cū triſtitia ⁊ dolore ſeu
reniſu agit ↄtra inclinationem habit⁹: tertij cū vo-
luptate vel dolore preuenit̄:habitus vt nec ↄſidera
tio nec motus ſm̄ habitum fiat ſicut ferrū non reſi
ſtit tractui magnetꝭ:⁊ ideo vt tradūt naturales fer
rum vnius libre ſeu talenti adiectū magneti qͥ ipſū
trahit nihil pōderis addit :ſed reperit̄ tantū pond⁹
corporis magnetis:ſic ꝙ ex corpore magnetis pon-
deris vni⁹ libre ⁊ ferro tractu vni⁹ libre ſolū fit pō
deratio in equali libra vnius talenti ſeu libre tantū
¶ Hoc ſuppoſito pro reſponſione ad queſitū pono
hanc vnicā propoſitionem. Preſūptionis eſt aſſume
re illud muneris ad qđ ferendū vires nō ſuppetūt:
ptꝫ ꝓuerb.xvij. Qui altā facit domū ſuā :petit rui
nam.itē Greg. Quiſqͥs ſacerdotiū nō ad elationis
pompā ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat pri⁹ vi-
res ſuas cū eo quod ſubitur⁹ eſt onere metiat̄ vt ſi
eſt impar abſtineat:⁊ adid cū metu etiā cui ſeſe ſuffi
cere exiſtimat accedat.j.q. Nō eſt. Item Hieremie
xlviij.ſublimitatem Moab:arrogantiā:ſupbiā alti
tudinem cordis ei⁹ :ego ſcio dicit dn̄s iactantiā ei⁹
eo ꝙ nō ſit iuxta illā virtus eius nec iuxta qđ pote-
rat conata eſt facere. Preterea quicūqꝫ exponit ſe
diſcrimini peccati eo ipſo peccat:vt eſt regula magi
ſtralis fūdata in verbo ſapiētis: Eccleſiaſt.iij. Qui
amat periculū peribit in illo. Sed ſic facit iudex tā
lenis animi. Hinc Eccleſiaſt.vij.dicit Sapiēs. Noli
querere fieri iudex niſi ꝟtute potēs ſis irrūpere ini
qͥtates:ne forte extimeſcas faciē potētis ⁊ ponas
ſcandalū in agilitate tua:vn̄ ſi velit vere penitere ne
ceſſe eſt vt onus iudicature deponat iuxta c. falſas
penitētias:de pe diſt.v.nec releuat ſi nūqꝫ ei piculū
occurrerit. ſicut deriſorie dici ſolet : ſola caſta eſt
quā nemo petiuit:qꝛ ſic imperit⁹ medicie ſi egroto
nō nocuerit:⁊ imperit⁹ militie qͥ ducat⁹ officiū aſſū
pſit:qꝛ forte nullis occurentib⁹ inimicis nihil dāni
reip.intulit:nō per hoc excuſat̄ a peccato temerita-
tis exponēs ſe diſcrimini. Et ſicut ille tenet̄ cedere
illi officio vt vere peniteat:ita ⁊ tante leuitatis iu-
dex tenet̄.⁊c̄. Nec reputemus on⁹ iudicature facile
⁊ leue qđ ſctūs Ioſaphat tā graue iudicauerit : vi-
dete inqͥt quid faciatꝭ:nō em̄ hoīs exercetis iudiciū
ſed dn̄i:⁊ quodcunqꝫ iudicaueritis in vos redunda-
bit:ſed timor dn̄i vobiſcū ⁊ cum diligentia cuncta
facite:nō eſt em̄ apud deū noſtrū iniqͥtas nec pſona
rum acceptio:nec cupido muneris:⁊ Moyſi de iu-
dicib⁹ ↄſtituēdis Sethro ſacerdos Madiā pſuaſit
ꝓuideas aūt de oī plebe viros ſapiētes ⁊ timentes
deū in qͥbus ſit veritas ⁊ qͥ oderūt auaritiā. Exodi.
xviij.vt ſciam⁹ ad mun⁹ iudicature idoneos nō eſſe
qͥ eas qualitates nō habuerint. ¶ Ad rōnes ante op
poſitū:ad primā ſicut ↄtingit habitualiter odientē
actu diligere:ita ⁊ illuꝫ qui habitu eſt mollis actu
ſtrēnue agere ⁊ immobiliter ⁊ eū qui timid⁹ eſt actu
ſemetipm̄ vincere ⁊ nature inclinationē:vt nō ſolū
in aliquo ope fortiter agat:vex etiā aliqn̄ audacter
⁊ temere:ſic ↄtingit auarū habitu ⁊ natura aliquā-
do agere ꝓdige. Et ad confirmationem dico ꝙ pe-
troſum ⁊ ſine habitu eſſe virtutis nō ponit actuale



peccatum/⁊ ſic nō impedit quo minus agere poſſit
actu moraliter bene. ¶ Ad ſcđm dico ſapiens actu
literam intēdit qđ min⁹ piculi inducit ↄuerſantib⁹
⁊ qͥ familiarit̄ adherent iniqͥtas viri ⁊c̄. vn̄ ꝓmittit
omni homini noli intēdere in ſpē ⁊ in medio mulierꝭ
noli cōmorari:de veſtimētis em̄ ꝓcedit tinea ⁊ a mu
liere iniquitas viri:melior eſt enim iniquitas viri ꝙ
mulier bn̄faciēs ⁊ ↄfundēs ī opprobriū:ex pͥncipio
em̄ ⁊ cauda apparet ꝙ nō voluit iniquitatē viri dice
re bonā :ſed reſpectiue ſolū minus piculoſamqꝫ cō-
uerſatio cū muliere bona:de miſtica expoſitiōe quā
tāgit argumentū dicā in paruis qͥſtionibus. Et ad
cōfirmationem dico ꝙ pōt actu aliqͥd neruoꝝ zeli ⁊
feruoris adhibere ꝙuis ſit habitu mollis ⁊ natura
remiſſus vt patet in magnis pctōrib⁹ qͥ ↄtra naturā
⁊ habituū inclinationē penitent vehementer. ¶ Ad
tertiū pōt qͥs parati animi eſſe ad renūciādum omi-
bus qͥ poſſidet actu ⁊ ꝓpoſito vbi ⁊ qn̄ oporteret ꝓ
Chriſto vel vt in ↄfirmatione tāgit̄ vbi ⁊ qn̄ neceſſa
riū eſt ad proximi ſalutem vel vt ſeruet̄ a pctō qͥ ha-
bitu ⁊ natura ad hec paratus eſt minime ⁊ ſicut pͥus
dictū eſt iuxta actualē diſpoſitionē nō habitualem
iudicandus eſt. ¶ Ad quartū dico ad ꝓbationē ↄn̄e
ꝙ ad meritū vite eterne non ſufficit habitualis rela
tio ſed ꝟtualis. Cui⁹ exemplū eſt de medico qͥrente
in agro herbas ad ↄponēdū potionē ꝙuis actu non
cogitat de ſanitate: ꝟtualit̄ tn̄ intendit ſanitatē/ qꝛ
intēdit finē ſcđariū quem ꝓſequit̄ ꝓpter ſanitateꝫ
de hoc vide.ſ. Tho.q.de chari.ar.x.i ſolu.ad.ij.⁊.iij.
Et talis relatio ꝟtualis etiam ſufficit ad meritum
dānationis eterne:ſed nō habitualis. Qđ inducitur
de Cice.ſolū arguit ꝙ tales magna ſumma pecunia
rū eſſent peccaturi. Si dicas ergo hmōi leuis iudex
non peccat acceptando onus iudicature. Nego cōſe
quētiā ⁊ eſt rō qꝛ lꝫ ſola habitualis diſpoſitio nō ar
guat in eo pctm̄ tn̄ actu acceptare vel exercere offi-
cium ſeu onus in quo ſibi diſcrimē iminet pctī :hoc
in ipſo ponit actuale pctm̄ ſicut in milite vel negoci
atore.iuxta ſē. Greg.in.c.falſas penitētias de pn̄ia
diſt.v.idē eſt cū lubricus īmiſcet ſe ſocietati mulieꝝ
vn̄ ꝟiſimilit̄ pertrahet̄ ad mortale pctm̄ ꝙuis enim
illius habitus non arguit ſeu ponat in eo pctm̄ tn̄
hoc īmiſcere ſe illi ſocietati ⁊ exponere ſe diſcrimini
⁊c̄.arguit in ipō pctm̄. ¶ Effectualiter p diuerſas
ꝓpoſitiōes ad hāc vnicā cōcluſionē me reſolui: Nō
licet iudici ꝓ ſeruāda iuſtitia qđcūqꝫ munus illi ob
latum capere vel ſperare:ſed laboris ſui pōt modera
tum ſtipendium capere ſi nō ad illū ſit alia ex cauſa
obligatus. Nec licet iudici quoquo mō optare vt in
cuiuſcūqꝫ fauorē licite cōtra iuſtitiam ꝓferre poſſit
igit̄ iudex qui ſue fragilitatis eſt ↄſcius vt in alterā
partē oblato munere flecteret̄ non poteſt officium
iudicature licite appetere: vel iniunctum exercere.
¶ Cōtra correlariū arguit dn̄s quodlibetarius im-
poſſibile eſt hominē inter duo peccata vere eſſe pple
xum iuxta.c.nerui.xiij.diſt.⁊ ibi oēs doctores. Et
eſt rō qꝛ nemo pōt ad īpoſſibile obligari vt eſt regu-
la iuris in.vj.⁊ Aug.nemo peccat in eo qđ vitare nō
pōt. Sed ꝑlatus ꝙtecūqꝫ fragilitatis fuerit tenet̄
pape obedire/⁊ ergo excutiēdo onus iudicature in-
curreret inobedientiam:ergo nō obſtāte fragilitate
pōt onus iudicature exercere. Etiā ꝙ fragilitas nō
obſtet ꝓbatur.qꝛ poteſt quis bona ⁊ optima volun-
tate velle cogi ad obſeruantiam mādatoꝝ dei cū hoc
ſit vnicuiqꝫ vtile ad ſalutē:ergo pōt licite velle mu-
nere allici vt ſeruet iuſtitiā:ꝙ ſub vno mādato cōti-
netur ¶ Reſpōdeo ad pͥmum:cū rationabilis cauſa
ſubeſt poteſt ſe a mādato excuſare iuxta .c.ſi qn̄. de
reſcript. ⁊ euitat periculū inobedientie. Etiā ſi ſub
noīe dignitatꝭ ↄmittit̄ proprio noīe minime expꝛſſo/
pōt ſubdelegare ⁊ patēt multe vie euadēdi inobedi
entiā/ immo ꝙuis de caſu docere non poſſet ſciens
ſibi periculū ſcādali iminere :deberet poti⁹ excōmu
nicationem humilit̄ ferre ꝙ in eo obedire ſicut in ca-
ſu.c.inqͥſitioni.de ſen.excom.nec eſſet vere cōtumax
vel inobediens ꝙꝙ reputaret̄ talis. Ad confirma-
tionem dico ſicut pctm̄ eſt homini facere actum pre
cepti ꝓpter metum ita ⁊ velle in ipſo ſeu conſentire
vel optare vt ipſemet faciat ex metu/ ſed ſanctuꝫ eſt
deſiderium ſeu velle quo velit vt potius agat ex me-
tu ꝙ ſimpliciter omitteret. Finis.

¶ Quodlibetica queſtio.xj. eiuſdem reuerendiſſimi
in Chriſto patris dn̄i ac magiſtri noſtri Hadriani
Florentij de Traiecto:ſacre Theologie profeſſorꝭ
eruditiſſimi Epiſcopi Darthuceñ. Cardinalis titu
lo beatoꝝ Ioannis ⁊ Pauli martyrum. Ac inſig-
nis academie Louanien̄. Cancellarij multo digniſſi
mi Anno a ſalute humana .1506. in ſcholis artium
eiuſdem ſtudij ab ipſo diſputata.

QUeſtio principalis cum argu
mētis per dn̄m quodlibetariū
mihi ꝓpoſita eſt. Utrū detert⁹
ſit aliū ſceleris notare occulti
vel manifeſti/ an ſic tacentem
alios audire nec ꝓhibere. In
hac qͥſtione ſupponit̄ vtrūqꝫ eſ
ſe malū. Et querit̄ malicie cō-
paratio qua in parte ſit dete-
ſtabilior. Et vt clarius eluciat ꝟitas adducā primo
media qͥbus detrahētiū videt̄ ps defēdi a culpa ꝟita
tē decidendo. Scđo qͥb⁹ auditoꝝ culpa tegit̄: ⁊ ↄpa
bo ſimul vtrūqꝫ. ¶ Et pͥmo videt̄ ꝙ licet occultū cri
men detegere qꝛ nō eſt diſcipul⁹ ſupra magiſtrū/ nec
ſeruus ſupra dn̄ꝫ ſuū: ſufficit diſcipulo ſi ſit ſicut ma
giſter ei⁹. Mat.x.ſꝫ chriſt⁹ detexit pctm̄ occultū iu
de qđ tūc ſolū corde ↄcepat:qꝛ dixit Ioāni:cui itin
ctū panē porrexero ⁊c̄.⁊ tradidit Iude. Ioā.xiij.ꝫ
Et ↄfirmat̄ qꝛ ſi aſtrolog⁹ aliquē eſſe furē dixiſſꝫ qͥ
nō erat nō tenet̄ iniuriaꝝ:lꝫ ↄſtitutiōes eū teneāt vt
eſt tex.in.l.itē apud Labeonē.§.ſi qͥs aſtrologus.ff.
de iiu.vbi gl.in ꝟbo pt:qꝛ non dolo malo.ſꝫ ſue artꝭ
cā fecit:ſed longi⁹ a dolo ⁊ aīo iniuriādi videt̄ eſſe qͥ
ſolū aīo noua acta referendi/ alijs occultū crimē re
fert ꝫ. ¶ Scđo ſic adiuratus dicere ꝟitatē ſup int̄-
rogādis/ tenet̄ dicere ꝟitatem:ꝫ cū ſup occulto int̄
rogat̄ licite deponit ꝟitatē ↄn̄a tenet: qꝛ ſi falſū de
ponit ↄuenit iuramēto ⁊ eſt piurus ꝫ.vex deponen-
do ꝓpt̄ vinculū iuramēti excuſat̄. Nec valet ſi dicat̄
inter illa duo dat̄ mediū.ſ. facere:qꝛ in caſu eque ꝓ
deret vt loquēdo puta ſi non audeat metu mendacij
dicere ꝙ nihil nouit:ſtatim ſcient audiētes ꝙ ille de
quo int̄rogat̄ crimē ↄmiſit.etiā ex iuramento tenet̄
dicere ꝟitatē ⁊ nō tacere. Et ↄfirmat̄ qꝛ de hoc videt̄
text⁹ ad lrām Leui.v.ſi peccauerit aīa ⁊ audierit vo-
cē iurātꝭ teſtiſqꝫ fuerit ꝙ ipē vidit aut cōſci⁹ eſt niſi
iudicauerit portabit iniqͥtatē ſuā vt Ly.in hebreo
haberi ⁊ audierit vocē iurati quo .ſ. adiurat̄ dicere
ꝟitatē:vn̄ ſubdit̄: teſtis fuerit.i.vocat⁹ ad atteſtādū
niſi ipē indicauerit qđ vidit aut cōſci⁹ eſt ipē porta-
bit ⁊c̄. Qđ ex alio confirmat̄/ quia fertur commu-
niter excommunicatio in omnes qui ſciunt impedi-
menta affinitatis vel conſanguineitatis niſi iudica-

Universidad de De[usto] Biblio[teca]



uerint ⁊ aliquoties iudicari nõ põt niſi detegaꝛ oc-
cultũ crimẽ fornicationis ſponſi vel ſponſe quod
cõmiſit cũ aliquo attinẽte infra quartũ gradũ ꝯſan
guinitatis ergo teneꝛ hoc ſacerdoti qui facit bãna
indicare vt manifeſte aſſerit dñs Pe. de palu. xxviij
diſt. iiij. q. ij. art. v. ⁊ xxvij. diſt. q. j. ar. iij. vtrũ is cui
conſilium petendo. ſi forte dicas ꝓcedere vt indicã-
dũ ſit ei qui nouit ꝓdeſſe ⁊ nõ obeſſe vt Aug. limi-
taſſe videꝛ textũ dict. Leuiti. ⁊ inducitꝛ a Gra. xxij.
q. v. hoc videꝛ: vt ĩ excõione lata cõtra nõ detegẽtes
impedimenta mr̃imonij ligeꝛ quis non indicando ſa
cerdoti: nõ ligareꝛ aũt ex hoc ꝙ non intimaret iudi-
ci inquirẽti Cõtra hoc eſt corrumpere textũ Leui.
ille nãqꝫ procedit cũ aliqs in teſtẽ ꝓductus eſt ⁊ ꝑ
iudicem adiuratus. Etiam pro ſcãdalo nõ eſt ꝟitas
omittenda in iudicio ꝯtra regulã qui ſcandaliſaue-
rit. vtilius ſcãdalũ naſci ꝑmittiꝛ: ꝗ̃ ꝟitas vite relin-
quaꝛ. ergo nec pro euitanda infamia hoĩs oportet
omittere tenet ꝯñia a minori. ¶ Tertio principaliꝛ
qð tã in iudicio ꝗ̃ extra liceat detegere probaꝛ ꝑ
textũ apertũ in le. eũ qui nocentem. ff. de iniurijs vbi
dꝛ. eum qui infamauit non eſt bonũ neqꝫ equum ob
eã rem condẽnari: nã crimina nocentum nota eſſe ⁊
oportere ⁊ expedire. Si dicaꝛ hoc procedere de non
penitus occulto ſed approbari põt iudiciario ordĩe
ꝑ. c. ſi ſacerdos de offi. ordi. ibi diciꝛ eñ niſi iudicia-
rio ordine ꝓbare poſſit nõ debet arguere eũ noĩatiꝫ
hoc videꝛ plane corrumpere literã textus qꝛ decer
nit ſuꝑ eo qui nocẽtem infamauit ſeu qui fama ſpo-
liauit ſed qui coram multis crimẽ ꝯmiſit per quos
ꝓbari poteſt: iã ſeipm̃ infamauit infamia facti licꝫ
nõ iuris: ergo oportet intelligere de crimine occul-
to: ⁊ cõfirmaꝛ: nemo peccat id auferens ab hoĩe qð
ei nõ debetur modo debitã cautelã adhibeat qð ſi-
ne ſcandalo aliorũ fiat ad minus iniuſtitiã nõ ꝯmit
tit in illũ vt ei reſtituere teneaꝛ: ſed fama q̃ eſt exiſti
matio integritatis vite nõ debeꝛ nocẽti cũ nulli de
beaꝛ falſa laus aut eſtimatio Ergo nocẽtem infa-
mans ⁊c. Maior pꝫ. qꝛ pctm̃ iniuſtitie ſolum occur-
rit dũ is minus habet cui plus debeꝛ. v. Eti. Et mi
nor patet qꝛ q̃libet error falſum ꝓ vero approbans
inter mala noſtre miſerie deputaꝛ. Enchiridion. c. x
Nec obſtat d. c. ſi ſacerdos qꝛ videꝛ limitandum ad
eos caſus in quibus ex detectione ſcandalum puſil-
loꝝ imminet nec tunc eſt pctm̃ iniuſtitie ꝗ̃ꝗ̃ inter-
currat iniquitas q̃ ambit oẽm violationẽ charitatꝫ
⁊ ſic nõ obligaꝛ reſtituere. ¶ Quarto ſic licet ꝯpel-
lere ꝓximũ vt in publico crimẽ ſuũ occultũ cõfitea
tur ꝗ licet nobis eo inuito illð ꝓpalare: ꝯñia tenet.
qꝛ minus videtur illicitũ aut iniquitatem cõtinere
ꝓdere alterius crimẽ occultũ ꝗ̃ ipſum cõpellere
vt ꝓdat. Añs ꝓbaꝛ de lege zelotipie numeri. v. cum
marito vxor ſuſpecta fuit de adulterio ⁊ nõ põt pro
bare: ſed latet adulteriũ potuit maritus eã adduce
re ad ſacerdotẽ offerẽs ꝑ ea decimã partẽ ſati fari-
ne ordeacee: nec imponi debuit thus neqꝫ oleũ: qꝛ ſa-
crificiũ zelotipie eſt inueſtigãs adulteriũ ac debuit
ſacerdos ſcribere in libro maledictiones in eã ſi pol
luta fuiſſet ⁊ commixta viro alieno vt putreſcat fe-
mur ⁊ tumeſcẽs vterꝰ diſrũpaꝛ: vt ſit in exemplũ po
pulo Iſrael ⁊c. quas maledictiões debuit delere a-
q̃s: q̃ dicebaꝛ amariſſime ⁊ dare mulieri bibere ⁊c.
ergo ꝯpellabaꝛ ſe ꝓdere ⁊ vbi noluit nihilominꝰ de
tegebeꝛ occultũ eius adulteriũ. Et ne forte dicatis
ad tp̃s ſolũ illud fuiſſe ꝯceſſuꝫ populo veteris legꝫ
ob eoꝝ duritiã ſicut libellꝰ repudij cũ ſuꝑinductiõe

alterius coniugis. Adduco conſiliũ ex cõſilio Guar
maciẽ. qꝛ ſepe in monaſterijs furtũ cõmittiꝛ ꝑ abba
tẽ vel aliũ p̃ñtibus fr̃ibus miſſa celebrata: debet ſin
gulis tradi euchariſtia ſub hac forma: Corpus dñi
ſit tibi ad ꝓbationẽ hodie ſed nemini licet dñicum
corpus aſſumere in atteſtationẽ falſitatis: putaꝙ in
nocens ſit cũ eſt nocẽs: ergo teneꝛ ꝓdere crimẽ ſuũ
occultum. Preterea pro crimine occulto q̇s excõi-
caꝛ vt in. c. ſacerdos de offi. ordinarij imo ⁊ ꝓactu in
teriori mentꝫ vt ꝑpulchre deduxit gl. in cle. de here-
ticis in ꝟbo eoĩp̃o: ꝗ cũ teneatur abſolutionẽ ab ex-
cõione petere. neceſſario habet crimẽ ſuũ occultum
excõicanti qui interdũ ſacerdos non eſt exponere.
¶ Quinto ſic freq̃nter teneꝛ hõ de occulto crimine
ſemetipm̃ ꝓdere: ergo in illis caſibus licet etiã alti
ipſum propalare: ꝯñia tenet. qꝛ cũ ſemetipm̃ teneꝛ
conſentit ad minus actu debito ꝗ̃uis non elicito vt
alius faciat qð ſufficere videꝛ vt licite fiat: queãd-
modũ cõſenſus debitꝰ excuſat a pctõ furti ⁊ deten
tiõis alieni etiãſi volũtate elicita ſit nolẽs. añs ꝓba
tur ꝑmo cũ aliũ infamauit de falſo crimĩe teneꝛ hoc
retractãdo vt alteri famã reparet ſemetipſũ infama
re. Et cõfirmaꝛ qꝛ ſi prolem concepit de adulterio:
vel partũ alienũ ſibi ſuppoſuit: vt de hoc ſcðo eſt ca
ſus in. c. officij. de pe. ⁊ remiſ. ſi poſſit impedire dãna
ꝟi heredis ꝑ ſui criminis detectionẽ: ⁊ alias nõ poſ
ſit teneꝛ cũ nõ poſſit ſibi honorẽ ſeruare cũ alꝰius
iactura vel dãno. Scðo confirmaꝛ: qꝛ tenemur natu
rali iure defendere ꝓximũ oppꝛ̃ſſũ iuxta illð prouer.
xxiiij. Erue eos q̇ ducũtur ad mortẽ ⁊ q̇ trahũtur
ad interitũ liberare ne ceſſes: ſi dixeris vires nõ ſuꝑ
petũt: qui ſcrutator eſt oĩm ip̃e intelligit ⁊ ſeruato
rem aĩe tue nihil fallit reddetqꝫ hoĩ iuxta opa ſua.
Ponamus ꝗ ĩnocẽs occideꝛ niſi detexero eũ a quo
crimẽ extitit ꝑpetratũ vl' tota ciuitas forte ĩpereꝛ
ad vindictã vl' forte occidet regẽ: tradet ciuitatẽ in
ficiet multos hereſi vel veneno niſi eius occultũ ꝓ-
poſitũ alijs detexero. Tertio cõfirmaꝛ in caſu quo
q̇s innocenti famã reſtituere nõ p̃t niſi ꝯplicis ſui ſe
cretũ crimen detegat. exẽpli gr̃a cõſpiraui cũ ſocio
meo deponere contra innocentẽ de crimine homici-
dij qð ſcimꝰ ab alio eſſe cõmiſſũ ⁊ ne de ꝑ̃hendamur
ex diuerſitate loci vel tp̃is falſũ depoſuiſſe vt Dani
el conuicit illos ſacerdotes qui Suſannã accuſaue
rũt conuenimꝰ de oĩbꝰ quomodo ⁊ qualiꝛ depoſi-
turi ſumus hic pro liberatione ⁊ reparãda fama in-
nocentꝫ teneor fateri me falſum depoſuiſſe ⁊ hoc re
tractãdo infamo neceſſario etiã ſociũ meũ ergo ⁊c.
Quarto confirmatur ĩ furto teneor furꝫ occultũ
q̃renti poſſeſſori indicare: vñ Hiero. tractãs illð pro
uer. xxvij. qui cũ fure partitur occidit animã ſuam:
adiurãtem audit ⁊ non indicat non ſolum fur inquit
ſed ille reus tenetur furti qui conſcius q̃renti poſ
ſeſſori non indicat. Et ne metu perſone potentioris
ſe excuſet addit q̇ timet hominẽ cito corruet: quiſpe
rat in dño ſubleuabitur. Et quod non ſolum furti-
uã rem ſed furem ipm̃ indicare teneamur qñ ſcꝫ ali
as in dẽnitati fratris conſulere non poſſumus apte
tenet glo. in ca. qui cum fure de furtis: dicẽs ad hoc
teneri nos de iure canonico quãꝗ̃ non de iure ciuili
ergo quoties detractio criminis occulti neceſſaria
eſt ad occurrendum iniuſtitie ⁊ inique oppreſſioni
alioꝝ licitũ videꝛ. ⁊c. ¶ Scðo principaliꝛ arguitur
ꝙ licet alios de manifeſtis peccatis ſeu que probari
poſſunt infamare. Primo ꝑ illud apoſtoli peccan-
tem coram oĩbꝰ argue vt ceteri timorẽ habeãt. j.

adulter... tenet se prodere



ad Thimo. v. ſed frequenter factũ ſeu opus pcti ſit
coram multis qui neſciũt hoc eſſe pctm̃: ergo lꝫ ĩfa
mare hominem de pctõ nõ occulto. Et nihil referre
videꝛ quoad vim vel rõnem infamie: referre alijs qð
ip̃e hoc fecerit quibus conſtat eſſe pctm̃ vel iſtis q̇
facti notitiã hñt remonſtrare facti qualitatem pu-
ta qð ſit peccatum. ⁊ confirmaꝛ exẽplariter. Paulꝰ
videns Petrũ ſubtrahere ſe a cõſortio gentiliũ ſeu
cõuerſatione ꝓpter ſuꝑuenientes iudeos q̇ a Iaco-
bo miſſi erãt in faciẽ ei reſiſtit: ſi tu iudeus cũ ſis gẽ
tiliter ⁊ non iudaice viuis quõ gentes cogis iudai-
ſare remonſtrãs alijs peccatũ Petri qui eius ſimu
lationi cõſenſerãt inter quos dicit Barnabam vnũ
fuiſſe. Scðo videꝛ euidẽter hoc ꝓbari poſſe ex. l. eũ q̇
nocẽtem. ff. de iniurijs q̃ aperte decernit bonum nõ
eſſe nec equum quempiã cõdẽnari ob id quod nocẽ
tẽ infamauerit. qð gl. dicit illic ꝓcedere ſiue in iudi
cio ſiue extra fiat ꝓpter gñalem rationem textus
qꝛ. ſ. crimina nocẽtum nota eſſe oportet ⁊ expedit: ⁊
ſpecu. ti. de iniu. dicit in libello actoris ponẽdũ ⁊ ar
ticulandũ eſſe. Itẽ ꝙ ſum homo honeſtus ⁊ religio
ſus niſi eñ eſſet talis nõ ꝯpeteret hec actio: cõtraue
rũ dicẽtẽ. ff. eo. l. eũ q̇ nocẽ. §. j. C. eo. l. ſi non es nun-
ciator que lex diſponit eum qui nõ eſt nunciator vel
delator falſi criminis: aduerſus eos quos infamãdi
ſiue minuẽde opinionis ſue gratia: aliq̇d feciſſe com
perieꝛ iniuriaꝝ experiri poſſe: ergo a cõtrario daꝛ in
telligi ſi eſt delator falſi criminis ei actio iniuriarũ
non ꝯpetit. Et cõfirmaꝛ qꝛ ſi quis feminã nõ mr̃o-
nali habitu indutã appellauerit vel comitem abdu-
xerit vel adſectatus fuerit: non teneꝛ iniuriarũ vt eſt
textus in. l. Itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis ꝟgines. ff.
eo. Et eſt appellare vt ibidem diciꝛ blãdis ꝟbis ali-
cuius pudicitiã attẽtare comitem abducere puellã
vel ſeruitorem detrahere ⁊ affectari frequenter ſeq̇
ꝗ̃uis vt ibidẽ diciꝛ aſſidua frequentia prebet quaſi
nõnullam infamiam. Sed hec oĩa iniuriaꝫ cõtinerẽt
ſi matronali habitu induta eſſꝫ ⁊ ab iniuria excuſan
tur ꝙ habitu matronã ſe non remonſtrat ergo ſim-
pliciter qui opꝑe ſeſe ꝓbum nõ exhibet nulla ei vide
tur iniuria fieri: ſi vt nocẽs ac improbꝰ per aliũ fa-
meꝛ aut ꝟbis agiteꝛ. ¶ Tertio qꝛ minus videꝛ licitũ
vt de pctõ futuro publico alium infametꝗ̃ de prete
rito ſed de futuro licet exẽplo Chriſti Math. xxvj.
qui diſcipulis ꝑ̃dixit oẽs vos ſcandalũ patiemini
in me iſta nocte: cũqꝫ Petrus ardentioris animi rñ
diſſet ⁊ ſi oĩes ſcãdaliſati fuerint ego nũꝗ̃ in te ſcã
daliſabor: dixit ei palam dñs dico tibi Petre qꝛ in
hac nocte anteꝗ̃ gallus cantet ter me negabis. Et
maior patet qꝛ maiorꝫ opprobrij ꝯfuſiõis ⁊ leuita
tis eſſe videꝛ ꝙ adhuc futuro tp̃e crimẽ cõmittet ꝗ̃
ꝙ aliq̃ñ commiſerit. ¶ Quarto ſic referre crimẽ al-
terius ſolum videꝛ habere rationẽ mali qꝛ ꝓximus
infamatur vel eius honor aufertur ſꝫ q̇ publice pec-
cet infamis eſt ⁊ ſine honore eſt ergo. Minor patet
ne infamia qꝛ nõ eſt illeſe dignitatis peccãdo nãqꝫ
ſuã dignitatẽ leſit. Etiã fama nihil eſt aliud vt ex ſe
q̃ntibus apparebit ꝗ̃ eſtimatio vel opinio integrita
tis vite: quã integritatẽ ꝯſtat ipm̃ non habere: de ho
nore patet: qꝛ honor nihil aliud eſt ꝗ̃ teſtimoniũ et
attẽtio ꝟtutis: ſed ip̃e ꝟtutẽ nõ hꝫ ⁊ de hoc conſtat
ergo nõ debeꝛ ei honor. Si fortaſſe dicas in hoc iniu
riã ei fieri qð apð aliquos habitus ſit integre vite ⁊
inculpate ⁊ aufers ei hoc bonũ: ſeq̃ꝛ hoc incõueniẽs
ꝙ de publice ĩſcalato nõ licebit alijs ignorantibus
referre vel de eo q̇ ꝑ̃ncipalis in ſeditione fuit: vl' pu-

blice in foro mulierẽ ſtuprauit ⁊c. Et confirmaꝛ ſi
q̇s in aliqua parte falſo famaꝛ excellẽtiã habere cu
ius eſt impitus iniuriã illi nõ facio ſi vel ſcriptis ſu
is vel opere demõſtro: illũ ſciam vel artẽ non habe-
re. Siliꝛ ſi quis falſo famaꝛ de ꝟginitate: abſtinẽtia
ſingulari ⁊ erogatione in pauꝑes vſqꝫ ad arctã ne-
ceſſitatem ſeu penuriã nõ pecco attenuãs famã ad
ꝓportionẽ ſcientie artis vel ꝟtutis quã vere habet
alias non liceret remonſtrare ꝙ vxorẽ habuit ⁊ ꝓles
ergo ſiliꝛ licet illi exiſtimationẽ ꝟtutis auferre: qui
ꝟtutem non habꝫ maxime ſi hoc conſtiterit ⁊ ꝓbari
poſſit. ꝯñia tenet ꝑ locũ a ſimili. Cõſiliꝛ eñ ſe hꝫ fa-
ma ꝟtutis ad eũ q̇ virtute caret ſicut fama ſcientie
vel artis expers habeꝛ. etiã in omnibꝰ conſiliꝛ ꝯceſſũ
videꝛ corripere exiſtimationis errorẽ. ¶ In ꝯ̃riũ eſt
vtriuſqꝫ ꝙ detractores ⁊ cõtumelioſi inter eos nũe
ranꝛ qui digni ſunt morte ⁊ nõ ſolũ qui faciũt: ſed ⁊
qui conſentiunt facientibꝰ ⁊c. ad Roma. j. ergo ⁊c.
Pro ſolutione queſiti qꝛ referre crimẽ alicuius oc-
cultũ vel manifeſtũ ex diuerſis rõem culpe vel pcti
hꝫ vel qꝛ ꝯtra charitatẽ quã ꝓximo debemꝰ: vel qꝛ ꝯ̃
iuſtitiã: qꝛ ei. ſ. famã auferimus vel attenuamus ⁊
aliq̃ñ fit detractio aliq̃ñ cõtumelia: ꝑ̃mitto ꝙ crimẽ
diciꝛ occultũ quod manifeſtũ q̇d fama quid honor:
quid detractio q̇d cõtumelia q̇d infamare quid fa
mã attenuare q̇d famã auferre. De occulto manife
ſto ⁊ notorio tradit ſpec. ti. de notorijs criminibus. A
Õino occultũ eſt qð nulla rõe ꝓbari põt. c. vt nr̃m
extra vt eccleſiaſtica bñficia ſine dimunitione ꝯferã
tur occulta eñ ſoli deo reſeruanꝛ. vj. q. j. ſi oĩa: ⁊ tale
occultũ videꝛ ſecretũ. xxxij. di. erubeſcãt: extra de ſi
monia. tua nos. ij. q. j. ſi peccauerit. Pene occultum
dꝛ ꝙ per paucos ꝓbari põt: eſt eñ quaſi occultũ qð
pauci ſciũt: nam ſecretũ dꝛ quod fit in ꝑ̃ſentia quiqꝫ
vt de pe. di. j. §. hoc ſecreta ver. nõ ſunt hoc: hoc dictũ
Spe. fundari videꝛ in glo. de. ver. non ſũt. c. q̇s aliq̃ñ
vide. in ꝟbo ſecreta q̃ ſumit arg. ſecreta eſſe q̃ fiunt ĩ
p̃ñtia quinqꝫ hoĩm. Manifeſtũ eſt publica ſeu famo
ſa ꝓclamatio ex certa ſciẽtia: ⁊ ceteris actoribus ꝑ
ueniẽs. vñ manifeſtũ eſt ꝙ per multos ꝓbari põt nõ
tñ tot quot ꝙ fiat notoriũ. vñ dꝛ lex palã. i. manife-
ſte teſtari diciꝛ q̇ nõ in publicum heredem noĩat ſed
corã teſtibus quot ad ſolẽnitatẽ teſtamẽti ſufficiãt
ff. de teſta. l. heredes in ꝑ̃n. Notoriũ ꝟo vt tradit ibi
dẽ Spe. eſt triplex. ſ. ꝑ̃ſumptionis ſeu ꝑ̃ſumptũ qð B
eſt iuris euidẽtis vehemẽꝛ ꝑ̃ſumpta vt ſi vir ⁊ vxor
aliquẽ infãtem nutriãt ⁊ filium vocent ꝑ̃ſumiꝛ qð
ſit eoꝝ filius extra de ꝓba. ꝑ tuas. Aliud eſt noto-
rium iuris de quo quis in iudicio cõdemnatus eſt
vel ꝯfeſſus. c. vr̃a de cohabitatione cle. ⁊ mul. Terti
um eſt notoriũ facti: quod ꝑ rei euidentiã eſt notũ ⁊
nulla tergiuerſatione celari poſſit ſiue ſit factũ trã
ſiens ĩterpolatum ſiue ꝑmanens vt notat ibi Spec.
decidit etiam ibidem quot hominum preſentia req̇-
raꝛ vt aliquid ſit notorium: de quo etiam Panorm.
di. cap. veſtra. Iuxta hoc aduerte ⁊ non qð notoriũ
poteſt fieri pene occultum vel ſimpliciꝛ occultum.
Exẽplũ totus exercitus vidit Ioannem aliquid fa C
cientẽ ⁊ oĩes illic occiduntꝛ vno ſolũ dẽpto ille iam
hec detegẽs ꝓdit ſecretum. Fama ſm̃ gl. ⁊ doc. in. c.
vr̃a de cohabitati. cle. ⁊ mul. ⁊ ſm̃ ſpe. vbi ſupra eſt
illeſe dignitatis ſtatus vita ⁊ moribus reprobatꝰ vð
eſt deſcriptio fame bone: fama mala eſt leſe dignita
tis ſtatꝰ via ⁊ moribus ꝯp̃robatꝰ: ſꝫ in. l. cognitionũ
§. eſtimatio diffiniꝛ fama ſicq; eſt eſtimatio dignitatꝫ
illeſus ſtatus legibꝰ ac moribꝰ ꝯprobatus q̃ ex deli-

Universidad de Deusto Biblioteca

cto noſtro legū auctoritate minuit̄ aut ꝯſumit̄. Et
diſtinguūt doc. duplicem infamiā iuris ⁊ facti vt in
regula infamibus. de reg. iu. Sed ne ex diffinitione
patiamur calūniam cū ad diffinitiones facilis ſit ar
gumentatio contingit nāqꝫ hominem famā optimā
habere q̄ nō eſt integre ſeu honeſte ⁊ bone vite. Etiā
ꝯtingit manere aliquē ſub infamia iuris qui nunqꝫ
ꝑdidit famā facti ſeu integre eſtimationis nōdū abo
lita iuris īfamia. ideo alit̄ deſcribo famā in noſtro ꝓ
poſito. Fama eſt eſtimatio ītegritatꝫ ſeu honeſte vi
te/ ⁊ hoc vel per omnia vel in aliquo tm̄ ꝓut quidā
adulteri ⁊ ebrioſi ſūt bone fame quoad integritatē
iuſtitie ⁊ quidā iniuſti ſūt bone fame quoad fidē et
cōtinentiam vel hmōi. Sumit̄ etiā qn̄qꝫ fama exten
ſius vt dicit eſtimationem quā homo hꝫ penes aliū
de quacūqꝫ p̄ſtantia artis v̄tutis vel doctrine: quō
dicimus aliquem medicum vel iuriſtā famatiſſimū
qui eſt omnium ſceleratiſſimus. Honor nihil aliud
eſt q̄ꝫ atteſtatio ſeu ſignum virtutis. Et ſumit̄ aliqñ
nomen honor extenſius vt eſt atteſtatio ⁊ ſignū cu-
iuſcunqꝫ preſtātie ſic dicimur honorare medicū quē
ſigno aut voce profitemur ſue artis peritū inſignit̄.
Detractio eſt fame alterius denigratio: addūt doc.
cōiter per v̄ba occulta ſeu in ipſius abſentia de quo
latius vide bea. Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxiij. ar. j. ⁊ ſi fiat
p̄nti: eſt contumelia de qua ibidē be. Tho. trac. q. ſu
periore. lxxij. nō inſiſto de vi diffinitionū appello de-
tractionē omnem fame īmunitionem ſeu ſubductio
nem ſiue abſenti fiat ſiue p̄nti: nec eſt inconueniens
cōcurrere detractionē in eodē facto: cū contumelia
ſed diuerſo fine dicit̄ detractio ⁊ ꝯtumelia vt eīm
ordinat̄ ad fame diminutionē vel externaꝝ dicit̄ de
tractio ⁊ vt ordinat̄ ad cōfuſionem illius in queꝫ vl'
de quo dicit̄ aut fit: eſt cōtumelia: ⁊ ſic detractio ꝑ
facta ſeu opera fit ſicut ꝑ verba: vnde quoad ſignifi
cationem nominis ꝯtumelia: Philoſop. ij. rhet. cap.
de ira diſtinguit tres ſpecies cōtemptꝰ deſpectū de
tractionem ⁊ ꝯtumeliā/ ſumit ibi detractionē vt di-
cit detractionem placiti. ſ. cū quis dat impedimētū
ne alterius voluntas fiat hoc intendens ſeu cupiēs
nō aliud ex illo. Cōtumelia eſt dāno atqꝫ dolore af-
ficere in quibꝰ turpe eſt patienti nō vt aliđ quiddā
fiat ſibi q̄ꝫ qđ factū eſt: ſed vt voluptate afficiatur.
¶ Scđo p̄mitto ꝙ aliud eſt proximū infamare: aliđ
eius famā attenuare: aliud famā ſupprimere vel au
ferre ſicut aliud eſt fetorē īmittere: aliud bonū odo
rem remittere vel attenuare: aliud odorē bonū in to
tū ſupprimere vel auferre: vnde minus eſt attenua-
re famā alterius: deterius eſt auferre famā: omniū
deterrimū: mala fama ꝓrimū reſpergere vel notare
Et ne quis decipiat̄ exiſtimās impoſſibile vt alicui
fama auferat̄ quoad ea q̄ ſūt neceſſarie obligatiōis
ſeu neceſſaria ad fugiendum culpā quin ſimul male
famet̄ qm̄ medium dari nō poteſt inter vitā bonā et
malam in homine adulto: ⁊ qui vtitur ratione. Ad-
uertendū eſt ꝙ licet inter illas vitas medium datur
inter credere hoīem adultū eſſe bone vite: ⁊ credere
ſeu opinari ꝙ ſit male vite: nā dubitare vtrū bonus
vel malus ſit neutrū eſt credere ſeu opinari ſed flu-
ctuare inter vtrūqꝫ: vñ ⁊ frequēter inducimꝰ aliuꝫ
ad dubitādū ne hereat neſciens q̄ pars ſit v̄iſimilior
ſeu ꝓbabilior videat̄ cui neutrā partē vt aſſentiat ꝑ
ſuaſam facere poſſumꝰ. Contingit aūt attenuare fa
mam auferre vel in cōtrarium v̄tere multis modis
tacendo/ vitupando/ laudādo/ laudem vituperio cō
miſcendo demum ſolas v̄iſimilitudines ſeu cōiectu

ras ꝯtrarij inducendo: exēplū p̄mi interrogat me
aliquis de vita ⁊ moribꝰ eiꝰ q̄ cōtinue apud me v̄ſa
tur ⁊ cui videor beneuolus eſſe ⁊ fautor vt vehemēs
p̄ſumptio ſit ſi aliq̄d preſtātie ⁊ v̄tutis in eo agnoſ-
cerem id letus p̄dicarem atqꝫ purgarem ab infamia
criminū q̄ illi obijciūtur: ſi eo caſu taceo taciturni-
tas mea ſeu ſilentium quodāmodo probatio eſt ꝙ ſit
virtutis inops ⁊ criminū reus vñ Chriſo. non ſolū
ꝓditor eſt v̄itatis qui tranſgrediens palā ꝓ verita-
te mendaciū loquit̄: ſed etiā ille qui non libere v̄ita
tem ꝓnūciat quam libere ꝓnūciare oportet: aut nō
libere veritatem defendit quā libere defendere con
uenit: ꝓditor eſt veritatis. xj. q. iij. nolite. Vituperā
do fit dū improbitatem remonſtramꝰ remitti in ope
vel feruore ſupra quaꝫ cōuenit incōſtātē impudicū
non ſatis reuerētem eſſe/ ⁊ ſic de alijs īfinitis. Lau
dādo fit calūnia ⁊ derogatio fame tripliciter. Pri-
mo ieiune laudando ⁊ frigide. nā qui infecunde lau-
dat̄ ſegniter deſtitui a cauſa videt̄/ ⁊ amicus credit̄
eius quem laudare vult: ſed nihil poſſe reperire qđ
iure laudet: ꝓpter qđ Phauorinus philoſo. turpiꝰ
eē dicebat exigue laudare atqꝫ frigide/ quē inſectāt̄
⁊ grauiter vitupare/ qm̄ qui maledicit ⁊ vituperat:
quātoꝰ illud acerbi facit ꝓ inimico ducit̄ plerunqꝫ
ꝓpterea fidē non capit/ vt refert Gellius. xix. li. no
ctiū atticarū. ca. iij. Scđo cū is ad cōmendādū ſub
mittit̄ q̄ adeo ſuſpectꝰ eſt de malignitate ⁊ mēdacio
vt nūqꝫ decipiat p̄terqꝫ dum vera narrat/ q; falſa ſē
ꝑ dicere putat̄ vt eius ꝯmēdatio p̄ueniens etiā fide
dignoꝝ ſubſeq̄ntes cōmēdationes ſciāt eſſe ſuſpe-
ctas. Huius ſiľe eſt curialis timens emulū ſuū a p̄n
cipe ꝓmouendum ad aliquod officiū: cū dignus ſit:
nec aliud videat obſtare poſſe: eū ſubmittit ad inter
cedēdū ꝓ emulo: cui ſit principē maxime offenſum
vt cū ꝑpēderit ꝓmotionē illi gratam ei id placitum
fieri nolit: nā Greg. ſnīa. cū is qui diſplicet ad inter
cedēdum mittit̄ irati animꝰ ad deteriora ꝓuocatur.
lix. diſt. in princi. Sic callidi timentes in odiū eorū
ſuos emulos in adminiſtratione q; ſupportat̄ ſurro
gandos: illos ad principē cōmendant: vel ſaltē eam
deſtituēndo gratiā faciat viros ꝙ dignos ⁊ ſibi ami
cos inſtituat/ vt ſic intelligens vel putās eis gratū
eſſe ꝓpoſitū mutet ⁊ volūtatem. ¶ Tertio laudādo
hoīes apud eos de v̄a virtute: qui credūt vitiū eſſe
vel modice de v̄tute minima vt nihil vel paꝝ credāt̄
habere de maxima vel per occaſionē laudis eos pro
mouendo ad legationem vel odioſū miniſteriū: q̄ꝫ vl'
qđ fideliter explere nō potuerūt ſine multoꝝ indi-
gnatione ⁊ ex ꝯñti īfamia ſi p̄mi apđ turcas aliquē
laudē q; ſit chriſto deuotꝰ/ q uō ⁊ q̄dā legūt̄ p̄dicaſ
ſe Chriſtū vt p̄ſſurā ſuſcitarent vinculis Paul. ad
Philip. j. Scđi q; dicens vnū quodāmō multa di-
cit. ij. thopi. q; añs includit oīa q̄ ſequuntur ad ip̄m
ſi quis theologū aliquē ꝯmendet de magna medici
ne vel iuris peritia/ q; pluribꝰ intentꝰ minor eſt ad
ſingula ſenſus: minus exiſtimat̄ de v̄a theologia ha-
bere ſicut q̄ accuratiſſime hūilitati ītēdit minꝰ vide
tur habere de magnificentia: ⁊ alijs q̄ fortaſſe ꝓpi
niōe hoīm magꝰ ꝯuenirent p̄lato. Tertij: vt phariſei
vnū ſubmiſerūt ad tētādū dñm in quo ſi viceret om
nes viciſſe viderent̄: ſi aūt vinceret̄ ſolꝰ ꝯfuſus mane
ret: ſiľe freq̄nter facimꝰ: vt ꝯfūdat̄ in ꝑiculo quē ad
id munꝰ tanqꝫ magis idoneū magna laude efferimus
vel vt nobis pars alia gratior diliguntur/ ⁊ laudis
medio confuſioni et periculo exponimus fratrem:
Unde Polibius nouus quippe modus calumnie/



inuentus eſt non vituperando ſed laudando fame ac
cōmodis hoīm inſidiari/ qđ vitiū in aulis p̄ncipum
ortū vſqꝫ adeo ioleuit vt ea loca tā q̄ꝫ ꝓprias q̄ſdā ſe
des videatur elegiſſe. Quarto fame detrahimus in-
famandi laudando vt auctoritatē ⁊ fidē apđ audi-
entes ea in re nobis vendicemꝰ cū. ſ. ꝓpter ꝯmixtas
laudes amici eius credimur ⁊ beniuoli qui nollemꝰ
ei iniuſte nocere. Et ſic dū parū laudat vt magis vi
tuperet aut multa bona ꝓponit vt vnū qđ ad rem ꝑ
tinet vituperet/ qui ( ſm̄ philoſophū. iij. ethi. c. de lo
cis ad diſſoluēdū calūniā ) ſunt artificioſi ⁊ iniuſtiſ
ſimi: cū ꝑ bonas res nocere conāt̄: hi blāda facie cau
da pungūt: cū ſcorpione. Quinto fit ſolas coniectu
ras vel veri ſimilitudines contrarij vel repugnātis
inducendo vt q̄ ꝓteſtāt̄ ſe hec de quibꝰ cōtra talem
rumor eſt non poſſe credere/ nec iudicare velle: ſꝫ ra
ro ( inquiunt ) ſine igne fumū viderꝫ: philoſophi ſnīa
eſt. fama oīs vana nō eſt quā populi multi decantāt
vij. eth. ⁊ Hiero. inq̄t ceſſent vitia ⁊ ceſſabit rumor.
Itē video aliū a Ioāne de quo nō ſperabat̄ eſſe pro
motū: qđ laudi eius aſcribit̄ ⁊ beneuolentie ſtatim
ergo poſſibile eſt ꝙ in confuſionē eius illū ad illa ꝓ-
uexerit: nā q̄ꝫ diu ſedet ſimia eiꝰ verenda non vident̄:
vt p̄mū in altū ſe leuat cūctꝫ detegit: apđ Ariſt. le-
gimꝰ: multis nō ex bñuolentia deꝰ ingentes p̄ſtat ꝓ
ſperitates ſed vt notabiliores. i. magis notabiles fi
ant ſue calamitatis. ij. reth. c. de locis entimematū/
quo ſolo puſillis ſtatiꝫ dubiū ſit beniuolo aīo an ma
ligno fecit: ⁊ nonnūqꝫ deteriorē ꝑtem ſuſpicātes ēt
iudicāt ſaltē incerto euentu. ſ. ꝙ illi ex miniſterio vl'
legatione aduerſe ⁊ ad infamiam ſucceſſerit. Alij
dū nitūt̄ legē circūuenire: vt alios inducāt in ſuſpi-
G tionē mali: priꝰ recitatiue ſibi ipſis ꝓnunciāt talis
hec/ vel ſiľia fecit: ſicut ꝓbātes pennā vel exēplificā
tes de ꝓpoſitione falſa dicūt vl' ſcribūt: deus eſt dia
bolus ⁊ poſt corā alijs dicunt audiſſe ſe a maioribꝰ
vel a ꝑſona graui ⁊ magne auctoritatis ꝙ Ioānes
hoc fecit: quo nō ſolū ſuſpectū illū ſed infamē non-
nunqꝫ faciunt ſtulte exiſtimātes ſe tali circuitione
a vitio detractionis ⁊ obligatione reparationis fame
poſſe defendi nō attendētes ſi hoc mō mutilatiōes
vel dāna hoīs ꝓcurauerint ꝙ cauſalit̄ dāna inferen
tes ad reſtitutionem obligant̄ ⁊ effecti ſunt detracti
ones obnoxij: quocūqꝫ mō qualicūqꝫ ſigno alterius
famā denigrauerint: vñ dicit Scotꝰ. xv. di. iiij. ſnīa-
rū de reſtitutione fame: qđ referēs corā puſillis cri
men alteriꝰ ex auditu ſi fiat animo ledendi nō eſt fa
cile excuſare q̄n ſit ꝯtra charitatē: ⁊ ꝑ ꝯñs mortale
ſi aūt fiat corā talibꝰ puſillis qui vꝫ leuit̄ credūt
ex incōſideratione durū eſt ꝙ exeat genꝰ peccati ve
nialis q; lingua in lubrico poſita eſt ⁊ qui non offen
dit in verbo hic perfectꝰ eſt vir. Et circa hoc aduer
te cōem ſnīam doctoꝝ eſſe teneri hoīem ad om̄is dā
ni reparationē qđ etiā leuiſſima culpa dederit. de iniu.
⁊ dā. dato. ca. fina. q̄ꝫto magis interuenire peccato:
⁊ nō ſolū culpa legali. Vñ dicit ibi tex. nec ignoran-
tia te excuſat: ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam
veriſiľr potuiſſe ꝯtingere vel iacturā. ¶ Iſtꝫ p̄miſſꝫ
occurrūt ſex difficultates decidēde ſubtiles ⁊ maxie
Prima excuſet detegētē crimē occultū ꝙ alijs crimi
nibus palā inſordeſcit q̄ infamatꝰ eſt. Scđa an lap-
ſus anni intra quem iniuriaꝝ experiri potuiſſet libe
rat hoīem ab iniuria ꝓrimo illata ⁊ obligatione re-
parandi famā. Tertia an cōfēſus vl' remiſſio infamati
ad hoc ꝓſit. Quarta an id ꝓſit qđ ꝑ crimis detectio
nē vtilitati ꝯſulit̄ ipſius diffamati vel alioꝝ. Quinta

an releuat ab obligatione famā reſtituendi ꝙ iuſta
neceſſitas detegendi ſubſit: q̄ꝫuis ꝓpter illā nō fiat
ſed odio diffamati. Sexta dū obligatꝰ famā repara-
re nō pōt: an tenet̄ infamato ad aliquā aliā recōpē-
ſam q̄ etiā deſcēdat ad heredē. Quoad p̄mū videtur
ſnīa. di. Pe. de pal. xix. di. iiij. in fine ꝙ ſic: vñ dicit eo
ipſo quo homo vnū crimē hꝫ ꝓpter qđ iuſte iudex
ꝓcedit ꝯtra eū in illo crimine ex hoc ip̄o de alijs p̄t
inq̄rere: q; nō ꝓpter occultationē pcti ſed pctōris
ꝓhibet̄ hō de occultis iudicare: vbi g̃ ꝑ vnū crimē eſt
diffamatꝰ etiā de alijs debet dicere v̄itatē. Et ſimpli
citer ſi ſocij ſui ſunt in illo ſtatu ꝙ cōtra illos agi p̄t
de vnico crimine: etiā de omnibꝰ p̄t ⁊ debet eos ꝓde
re qñ ip̄oꝝ correctionē non ſperat maxime cū pctm̄
eoꝝ eſt in ꝑiculū cōitatis: vt q; ſcit eos fures latro
nes ⁊ īpenitentes. Nā illuꝫ qui iā penituit accuſare
nō debet niſi iuſte noīatim de illo interroget̄ hec ille
Sed hec opinio lōge mihi videt̄ diſtare a v̄itate: q;
eque ꝓditor eſt qui ebrioſi hominis vel eiꝰ qui palā
fornicariꝰ dignoſcit̄ aliđ occultū crimen ꝓpalat ac ſi H
id faceret de alio vite integerrime. Et niſi ſic dicat̄
pauci inter nos ſunt quoꝝ nō liceret occulta crimia
alijs detegere ⁊ ꝓpalare vñ ꝓuer. ij. dicitur: qui am
bulat fraudulent̄ reuelat archana: qui aūt fidelis ē
celat amici commiſſū: ergo infideliť agit qui reuelat
amici cōmiſſum nō obſtāte ꝙ de vno crimine diffa-
matꝰ eſt puta ꝙ vel feſtis mercat̄ vel ieiunia eccleſie
nō ſeruat: aut aliquid hmōi q̄ vix faciūt homineꝫ a
vulgo minꝰ eſtimari: ⁊ Aug. ſi ſolus inquit noſti q;
peccauit: ⁊ vis eū corā om̄ibꝰ arguere non eris corre
ptor erroris ſꝫ ꝓditor: attēde eīm ⁊ quēadmodū iuſtꝰ
Ioſeph tāto flagitio qđ erat de vxore ſuſpicatꝰ tā-
ta benignitate pepcit añqꝫ ſciret vñ illa conceperat
quā grauidā ſenſerat: ⁊ ſe ad illā nō acceſſiſſe noue-
rat q̄d dicit euangeliū. Ioſeph autē cū eſſet vir iu-
ſtꝰ ⁊ nollet eā traducere. i. diuulgare: voluit eā occul
te dimittere. ij. q. j. ſi peccauerit. Nec obſtat ꝙ ſimpli
citer non ſit integre fame: nā q̄ lubricꝰ eſt freq̄nter in-
tegre eſtimationis eſt de religione ⁊ fidelitate ⁊ iu-
ſtitia ꝯtra charitatē eſt ſine neceſſitate ſpoliare illū
hoc bono eſtimationis ſeu fame. Quod aūt tāgit de
Palu. iudicē poſſe inq̄rere contra aliquē de quoli
bet crimine q̄ infamatus eſt vel cōſtat illū reū eſſe I
de vno ſolo: ſalua reuerentia ſua non eſt veꝝ niſi alia
iudicia ꝯcurrāt ⁊ ſuffragent̄ nec tenet̄ ſemetipſum
de talibus ꝓdere: nec ſocium de hmōi minime ſuſpe-
ctū licite ꝓderet niſi vt poſtea dicā neceſſitas ſub-
ſit puta de homicidio/ furto vl' ſtupro alij infamāt̄
aut forte occident̄: tūc eīm ꝑ viā defenſionis innocē
tū licet qđ abſqꝫ illa neceſſitate ineuitabili minime
liceret. Quoad ſcđam difficultatē ſit hec ꝯcluſio la
pſus anni intra quē iniuriaꝝ expiri potuiſſet ⁊ non
poſt iuxta. l. ſi nō ꝯuicij. c. de iniu. liberat hominem a K
pena ad quā iurꝫ auctoritate veniet ꝯdēnādꝰ: ſꝫ nō
ab obligatione reſtituēdi famā. prīa ꝑs pꝫ q; ad pe-
ne ꝑſolutionē nō tenemur etiā in foro ꝯſcīe p̄uſqꝫ ꝑ
iudicē ad hoc fuerimꝰ ꝯdēnati vt eſt textꝰ ī. c. frater
nitas. xij. q. ij. vbi de hoc eſt notabilis gl. quā ſꝑ alle
gāt doct. ſꝫ ꝓſecutioni pene ius certū t̄minū p̄fixit
⁊ actioni iniuriaꝝ puta ānū vnū ꝯtinuū: g̃ lapſꝰ illiꝰ
anni liberat. Scđa pars ꝙ non liberat ab obligatio-
ne reſtituendi famā patet: quia aliud eſt legem non
aſſiſtere aliud legem reſiſtere: nam cum lex reſiſtit/
reſiſtit contractui: obligatiōi/ actioni/ vel execu-
tioni: vt hec late diſtinguit Bartho. in. li. cum lex.
ff. de fideiuſſo. ⁊ manda. ibidē determinās cum ius

ſolū reſiſtit actioni nō impedit̄: nec perimit̄ natura
lis obligatio: imo ſi ſolum reſiſtit actiōi ꝑ hec vel ſi-
milia ṽba ſup tali contractu vel alio: actio nō detur
vel nō audiat̄: ſi illud tale erat ex quo alias de iure
cōi actio oriebat̄: parat̄ ſolū exceptio nō perimitur
actio: vt in velleiano ⁊ macedoniano: ergo ad ꝓpoſi-
tū nr̄m multominus auferr̄ naturalis obligatio: q̄
uis poſt annū actio nō det̄. Et Pau. de caſtro ea. l.
ad ſciendū qñ oritur aliqua obligatio dicit: cum lex
nō reſtitit ꝯtractui dirigendo ṽba in actū hominis:
vel ſcd̄o reſiſtens potentie vt dicendo: nullus foren-
ſis poſſit vēdere: vel mulier aut minor non poterit:
vel tertio reſiſtēdo obligationi: vt dicēdo mulier vel
minor nō poſſit obligare ſine tali ſolēnitate: illis tri
bus caſibus nō oritur aliqua etiā naturalis obliga
tio: qꝛ de iure gentiū oportet ſuperioribꝰ obedire: ꝑ
ut per. l. ſi non ſortē. ff. de condi. indebi. ⁊ l. eos. c. de
vſu. Sed cū reſtitit actioni: ⁊ ſic affectui vt dicit acti
onē nō dabo: ⁊ tunc oritur obligatio ciuilis ⁊ natu-
ralis: ſed obſtat exceptio: vt. l. qꝛ naturalis. ff. ad ma
ce. Preterea actio iniuriarū diſſimulatione abolet̄:
⁊ ideo ſi quis iniuriam dereliquerit. i. ſtatim paſſus
ad animum nō reuocauerit: poſtea ex penitentia re-
miſſam iniuriā non poterit recolere. vt eſt textus in
ſtitu. de iniu. §. fi. ſed ſiue reuocet ad animū ſtatim
vt audierit: ſiue ex manſuetudine nolit vel qd̄cunqꝫ
ſignum impatienter oſtendere: non minus famā illi
obligatur reparare/ quā iniuſte abſtulit: non obſtā-
te ꝙ lex hoc caſu negat actionē. Preterea actio iniu
riarum eſt penalis: ergo nō complectitur principē/
nec pene a legibus ſeu a iure cōſtitute: princeps eñ
legibus ſolutus eſt. l. princeps. ff. de. ll. ⁊ ergo papa
nullam incidit excōicationem iuris: nihilominus pa
pa tenetur famam reſtituere ſeu reparare illi quem
contra ius ⁊ equitatem infamauit: ſic ſilr̄ poſt lapſū
anni manet obligatus reparare famam. Nec liberat
plus lapſus anni q̄ infamantem liberaret tertia ſē-
tentia contra ius partis/ puta infamati lata/ ſenten
tia autem non tollit naturalem obligationē: nec ꝯtri
buit ius parti. l. Julianus. ff. de cōdi. indebiti. Non
currit etiam cōtra hanc obligationē naturalē/ iuris
preſcriptio quemadmodum nec in re vitioſa/ furto
⁊ huiuſmodi: ⁊ eſt infamans ſemper in mala fide: ſed
de hoc alibi. ¶ Quoad tertiā difficultatē. ſ. an cōſen
M ſus vel remiſſio infamati liberet: pono hanc ꝓpoſitio
nem. Conſenſus infamati de crimine falſe impoſito:
nunqꝫ liberat a peccato infamantem de crimine ṽo/
ſed occulto: ſolum his caſibꝰ in quibus licite ſemet-
ipſum prodere poſſet: ſemper tamē conſenſus infa-
mati liberat ab obligatione reparandi famam in vim
reſtitutionis: manet tamē infamans frequēter ad eā
reparationem obligatus in vim charitatiue edifica
tionis. Prima pars patet: qꝛ intercurrit mēdaciuꝫ
quod ſemp malum eſt ⁊ peccatū. Preterea hoc eſt
in ꝓximum dicere falſum teſtimoniū in quo nō rele
uat cōſenſus eius in quē ꝓfertur immo ſcd̄m Aug.
primo de ciuitate dei: eadem prohibitione vetamur
etiam in nos dicere falſum teſtimonium: quia regu-
lam diligendi proximum a ſemetipſo accepit. Scri
ptum enim eſt diliges proximum tuum ſicut teipm̄
Ex quo concludit occiſionem ſuiipſius prohibitā
eſſe in precepto/ non occidente proximum. xxiij. q. v.
ſi non licet. Et intelligo propoſitionem de infaman-
te ſcienter alium per falſi criminis vel veri/ ſed oc-
culti impoſitionem: ſecus ſi ignorans fecerit/ putās
verum vel notorium eſſe propter alterius aſſenſū

vel dictū. Nec obſtat regula: ſcienti ⁊ cōſentiēti nō
fit iniuria neqꝫ dolus: ergo cōſenſus videt̄ liberare
a peccato: qꝛ ꝓcedit in quibus homini licꝫ valide cō
ſentire: vñ q̄uis de expſſo cōſentiat vt ei iniūgatur:
qd̄cūqꝫ facinus vel requirat̄ aut ei perſuadeat̄ ſi qs
facere poſſit ⁊ alliciat: nō releuat faciētem qn̄ tenea-
tur ſm̄ omnes ad boniaie reſtitutionē: ⁊ pro iſto cō
ſueui inducere. c. ſtatutum. de reſcriptis. ⁊ c. exigit.
de cēſi. lib. vj. in q̄bus nō ꝓdeſt remiſſio partis: etiā
q̄ volēs ⁊ ſpōte dederit. Uel dico ꝙ regula ꝓcedit
de iniuria vel dolo q̄ dicit iniuſtitiā fit iuito: vel ter
tio non fit ſciēti ⁊ ꝯſentiēti iniuria qua poſſit agere
vt dicit gloſa. tñ abſolute pōt cōſentiēti aliq̄d ꝯtra
iuſtitiā auferri in cuius ablationē ei vetitū eſt ꝯſen-
tire. Etiā nō ſeq̄tur: nō fit ei iniuria ꝓpter adhibitū
ꝯſenſū: ergo nō peccat: cū eius cōſenſus culpabilis
fuerit ⁊ criminoſus. Scd̄a pars ꝯcluſionis patet qꝛ
magis videt̄ arbitriū habere ſui honoris q̄ alius ex
ſuo cōſenſu/ cū nullus poſſit plus iuris q̄ habeat
in aliū transferre: vt eſt regula iuris in ſexto nemo.
etiā cū nō licet ſua ꝓdigere/ vl̄ ſine vtilitate vaſtare
⁊ perdere ꝑ ſuū aſſenſū nō poteſt alteri facere licitū
⁊ intelligo hanc partē ceteris paribꝰ: nā in diſpari-
tate ſi ex cōfeſſione ꝓpria iminet periculū qd̄ ex al-
teriꝰ detectione q̄ forte gratior eſt nō imminet/ ſepe
etiā ex pñtia eius qui iniuriā fecit ſeu dāna: aīos ir
ritat iniuriatorū ⁊ ad ꝯtumeliā reputat̄ ꝙ cōfeſſiōe
delicti q̄tūlibet humilr̄ dicat iactare ſe videat̄ hoc
caſu ex conſenſu alius licite dicet: qd̄ ipſe ſine culpa
ꝑ ſe illic cōfiteri non poſſet. ſed petas quare nō licꝫ
ſemp hoī ſeipſum de occulto crimine ꝓdere. Rñdeo
qꝛ nobis vita ⁊ ꝓximis nr̄is fama nr̄a eſt neceſſaria:
vñ Aug (crudelis inquit) eſt q̄ famā negligit: ⁊ ita
nō licet homini ꝓdere ſemetipm̄ de occulto crimīe
ſine iuſta neceſſitate vel vtilitate. Etiā nulli ꝯceſſuꝫ N
eſt q̄cūqꝫ bona ſua diſſipare ⁊ ꝓdigere ⁊ ſine cauſa ⁊
vtilitate iactare ⁊ ꝑdere. vñ peccat q̄ ſine neceſſitate
⁊ vtilitate domū ſuā q̄ vſui eſſe poſſit comburit vel
blada in mare ꝓijcit: ⁊ ſic de alijs. cū ergo fama oīa
alia bona excedat nō licet ſine iuſta neceſſitate ⁊ vti-
litate illud bonū deſtruere ⁊ vaſtare. Tertia pars cō
cluſionis patet: qꝛ remiſſio eius cui iniuſte aliquid
ſubtractum eſt regularit̄ liberat debentē. dico regu
lariter: qꝛ illud ſolū excipitur qñ ꝑ ſupiorē ſtatutū
eſt remiſſionem nō prodeſſe: vt in. c. ſtatutū de reſcr.
⁊ c. exigit de cēſi. li. vj. In propoſito autē nō repit̄
irritata remiſſio partis cui debetur vt neq̄at ꝓdeſſe
ergo liberat ab obligatione repationis fame in vim
reſtitutionis fame faciende. Quarta ⁊ vltima pars
ꝓpoſitionis patet: qꝛ infamatio talis freq̄nter cedit
in ſcādalū alioꝝ vñ repħēdit Aug. eos viros ⁊ femi
nas q̄ dū in aliqua negligentia depħēdūt̄ dicūt ſibi
ſufficere corā deo ꝯſcientias ſuas exiſtimationē ho-
minū nō ſolū imprudent̄ ſed crudeliter cōtemnētes
cū occidat aīas alioꝝ ſiue blaſphamantiū viā dei q̄-
bus ſm̄ ſuā ſuſpitionem quaſi turpis que caſta eſt/
diſplicet vita ſanctoꝝ vel etiā cū excuſatione imitā
tiū nō qd̄ vidēt ſed qd̄ videre putant. xj. q. iij. non ſūt
audiendi. Sed ſcādalum alioꝝ non ſolum oportet ꝑ
cauere ne fiat dicente Chriſto: qui ſcandaliſauerit.
⁊c. Math. xviij. ſed pro viribus amouere: vt fratrē
tenemur lege charitatis a morte anime et quocūqꝫ
peccato mortali reuocare: ergo ⁊ homo ipſe cuius
conſenſu factū eſt ⁊ is qui infamauit: vt proximis
amouerat petrā ſcādali ⁊ offenſiōis lapidē tenet̄ eo
caſu q̄tū poſſunt famā leſā vel extinctā reparare.



¶ Quoad quartā difficultatē: an ꝓpter vtilitatem
ipſius diffamati vel alioꝝ licet occultū illiꝰ crimen
detegere ſeu ꝓpalare. Dico ꝙ nō: qꝛ non lꝫ ob ſuā
vel alioꝝ vtilitatē ei auferre alia ſua bona fortune
vt plane vult Aug. c. forte dicit aliq̄s. xxiiij. q. v. et
Gre. nō eſt putāda. j. q. j. ergo nec famā q̄ eſt auro ꝑ
cioſior ꝓuer. xxij. melius eſt nomen bonū q̄ diuitie
multe: ſupra argētum eñ ⁊ auꝝ gratia bona. ⁊ hec
eſt ratio quare. xvij. diſti. iiij. ſentētiaꝝ doctores ꝓ
regula tradūt qd̄ in pctīs occultis confitēs nō de-
bet noīare perſonā compeccātem niſi eius expreſſio
neceſſaria fuerit ad pcti expreſſionē: quoad ſpeciem
culpe: illo eñ caſu plus tenet̄ ſue ꝯſciētie q̄ alterius
fame ⁊ debet exprimere ꝑſonā compeccātem clare ⁊
apte inſinuātes ꝙ ꝓ ſola vtilitate nō licet. Non ob-
ſtat ṽbum Aug. qd̄ cōiter allegāt doctores qd̄ oc-
cultum crimen ꝓximi nō licet indicare ei qui nouit
ꝓdeſſe ⁊ obeſſe. c. hoc videt̄. xxij. qu. v. quia loquitur
in caſu neceſſitatis ⁊ nō vtilitatis tm̄ vcꝫ ad impedi
endū futurū peccatum ꝓximi: ⁊ idem eſt in caſu re-
ductionis a peccato cum. ſ. alias ꝑmanſurus timet̄
in peccato. Et idem iuris eſt ad impediēdū oppſſio
nes vel iniurias alioꝝ. Et debet in iſtis homo caute
lam adhibere: vt minus ledatur fama hoīs q̄tū poſ
ſibile fuerit vt medicoꝝ eſt prouidere vel vt minime
ledatur per medicinas natura vel virtus. ¶ Quoad
O quintam difficultatem ſupponit̄ ꝙ ob iuſtam neceſ
ſitatem licet crimen occultū alterius detegere: ſine
⁊ abſqꝫ hoc ꝙ obligat̄ īfamās ad fame reparationē
⁊ hoc ſuppoſito petitur ⁊c. hoc ſuppoſitum ꝓbo: qꝛ
vt ſupra induxi. c. hoc videt̄. xxij. q. v. cū neceſſariuꝫ
eſt ad impediendū eius futuꝝ peccatum/ vel ad re-
ducēdum ipſum a peccato licet detegere illi qui no
uit prodeſſe nō obeſſe. Et ſimiliter qꝛ naturali iure
tenemur defēdere innocētꝫ oppreſſionem vel mortē
qui ꝓdendo innocentē pōt impedire ⁊ non facit: viā
P charitatis nō tenet: vñ be. Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. vij. ar. j.
in ſolutione ad. ij. q̄ ſub ſecreto hoī ꝯmiſſa fuerint ꝑ
confeſſionem nullo modo poteſt reuelare/ qꝛ ſcit vt
dei miniſter non vt homo: eorū vero q̄ aliter homini
ſub ſecreto committūt̄/ q̄dā ſunt talia ꝙ ſtatim cuꝫ
ad notitiā hoīs venerint tenet̄ ea reuelare/ puta ſi ꝑ
tinent ad corruptionem multitudinis corporalem
vel ſpūalem/ vel graue damnū alicuius perſone aut
huiuſmodi qd̄ quis ꝓpalare tenetur teſtificādo vel
denunciando: ⁊ contra hoc debitum obligari nō po
teſt ꝑ fidei commiſſū vel ſecreti: qꝛ per hoc frāgeret
fidem alteri debitā: hec ille. Immo ſicut iuramētū
obſtare nō poteſt quin teneat̄ homo alteꝝ denūciare
ad penā ſic nec ratio ſecreti quin ob ſpūalem neceſſi
tatē crimē detegi poſſit vel vt iniuſtitie occurrat̄ ⁊
ꝓhibeat̄ inſontiū oppreſſio: ꝓ hoc eſt qd̄ dicit dñs
nō videtur ꝙ vir Chriſtianus: ⁊ iuſtꝰ: ⁊ ſapiēs querere ſibi vitam aliena morte debeat: vtpote qui etiā ſi latronem armatum incidat ferientem: referire nō poſſit: nec dum ſalutem defendit: pietatem cōtaminet. Hinc Apoſtolus primo ad Thimotheū tertio ⁊ ad Titum primo dicit. Oportet epiſcopū nō eſſe iracundum: non percuſſorem. ⁊c̄. Ad primam obiectionem dico cum gloſa illius capit. ſuper verbo defendenda: ꝙ textus loquitur in caſu quo quis ſe defendeno incaute ⁊ ſine moderamie inculpate tutele alium occidit: non quando ſeruato hoc moderamine ⁊ in neceſſitate ineuitabili. Ad ſecundā dico cū ſecundo intellectu quem dat Panor. ad clauſulam textus dicti capituli allegatū: ꝙ tali ſacerdoti imponitur penitentia: non quia peccauerat ſe ⁊ ſua liberans latronem occidendo: ſed imponitur ei penitentia ad cautelam propter aliorum ſcandalum vitandū: aut ſi forte aliquid vltionis aut vindicte admixtū fuiſſet in huiuſmodi defenſione: ne diſciplina eccleſie in opinione vulgi videatur deſeri: ſicut in ſimili dicit glo. fi. in. c. in lectum. xxxiij. queſtione ſecunda. Ad tertiam reſpondet doctor ſanctus ſcđa ſecunde: queſtiōe quadrageſimaquarta: articulo ſeptimo. ꝙ ſententia Auguſtini intelligitur eo caſu quo quis pro ſui defenſione intendit occidere hominem. Noſtra autem deciſio quando ſolū intendit ſui defenſionem: ad quam forte veriſimiliter ſequetur mors quam ipſe non intendit. Sicut medicus dans fortem medicinam neceſſariam in caſu ad curā que fortaſſis mortē accelerat. Aliter (ſaluo meliore iudicio) ad auctoritates Auguſtini ⁊ Ambroſij reſpōdeo ꝙ veritatem habent: qñ iniuſte inuaſus probabili coniectura ſcit aut ſperat vt de communi lege ſciri poteſt: ꝙ ſit in ſtatu gratie ⁊ ſalutis: ⁊ inuaſor in mortali peccato: tunc enim debet ex charitate potius mortem patienter ferre: ꝙ̄ proximo in ſtatu dānationis exiſtenti auferre tempus penitendi: ſecꝰ cū ſibi timet aut fortaſſis ſcit ſe nō eſſe in ſtatu ſalutis quo caſu pietatem non contaminat: ſi vtriuſqꝫ ſaluti ſpirituali conſulere non valens primum ſibi cōſulat. Unde pro maiore declaratione pono hanc aliam propoſitionem. Quamuis in caſu precedentis ꝓpoſitionis poſſit quis pro ſui defenſione inuaſorem occidere: tamen ad hoc faciendū non obligatur: immo meritoriū eſt non repugnare mortem inferenti: ⁊ vt dixi ſciens ꝓbabiliter ſe in ſtatu ſalutis ad hoc obligatur magis ꝙ̄ inuadentem occidere: qui iniurioſe inuadens mortaliter peccat ⁊ ideo in ſtatu dānationis: probatur. Nullus ſequēs conſiliū Chriſti peccat: immo maius quidā adipiſcitur. xiiij. q. j. quiſqs. ſed ꝯſiliū Chriſti eſt de iniurijs ⁊ dānis ꝓprijs patiēter ferendū: ergo mortē iniurioſā patiēter tolerare eſt meritoriū: minor pꝫ Mat. v. Ego aūt dico vobis nō reſiſtere malo. ſup quo verbo dicit glo. malū tpale dicit ꝙ tribꝰ modis fit: cruciatu corpoꝝ: dāno reꝝ: angarijs operū. Tria ponit ſaluator in tex. qꝛ in hoc nūero notatur perfectio. vt q̇ hoc impleuerit (vcꝫ hec manſuete ⁊ patiēter ferēs) ꝑfectā iuſtitiā ſe habere nouerit. Cōfirmatur per expreſſā Hiero. ſētētiā. in. c. nō eſt noſtrū. xxiij. q. v. ſic dicētis. Nō eſt noſtrū mortē arripe: ſꝫ illatā ab alijs libēter accipe vñ ⁊ in ꝑſecutoribꝰ non lꝫ mihi ꝓpria perire manu: ſed ꝑcutiēti colla ſubmittere. Et Au. in epl'a. cxxvij dicit de manſuetudine eccleſiaſticorū hoc eſſe vt potius eligant a ſceleratis hominibus occidi ꝙ̄ eos occidēdos iudicibus ingerant. Hinc Antoninꝰ. iij. parte ſumme. ti. iiij. ante. §. dicit poſt Thom. ꝙ licet quis poſſit ꝓ ſue vite defenſione in inuaſione occidere: nullus tñ ad hoc tenetur: ſed maioris ꝑfectiōis eſſet ſi potius ꝑmitteret ſe occidi qñ aliter euadere nequit. Tertia ꝓpoſitio. Quantū ad defenſionē proximi ceteris paribus in arbitrio defendentis eſt inuaſum iniuſte defendere aut ſinere eum occidi quādo defēdi nō poteſt niſi inuaſor occidatur. Probatur quia ceteris paribus eque obligatur potens defendere ſaluti vtriuſqꝫ ꝯſulere: ergo poteſt vt libet ſinere inuaſum occidi: aut cū iniuria inuadētē occidere. Dico notanter ceteris paribus: quia poſſet qui inuaditur iniuſte eſſe tam vtilis ⁊ neceſſarius eccl'ie vt potens eum defendere obligaretur pro eius liberatione potius mortem ſubire ꝙ̄ eum indefenſum relinquere: quō Priſca ⁊ Aquila ſuppoſuerūt ceruices ꝓ anima Pauli. vt habetur ad Roma. vlt. Etiā ſi inuaſus ſit pater aut filius obligamur eum defēdere a morte etiam interficiendo inuaſorem. Dico etiam notanter quando defendi non poteſt. ⁊ ceter. quia ſi inuaſus iniurioſe aut queſitus ad mortem poſſit ſine occiſione inuaſoris defendi: obligamur illum quouis mō licitum liberare ſecundum illud ſapiētis Prouer. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem: ⁊ qui ducuntur ad interitum liberare ne ceſſes. Sed ꝯtra has ꝓpoſitiones preſertim ꝯtra precedētem videntur eſſe alique obiectiōes fortes. Prima eſt ſicut patet ex primo pambulo ſuperius poſito: aut ad ius naturale ſpectat ꝓprie vite conſeruatio ⁊ illius defenſio cum moderamine inculpate tutele: ſꝫ que ſunt iuris naturalis nunquā licet preterire: cū illud ius ſimpliciter ſit immutabile: ergo nūꝙ̄ licꝫ ſinere ſe occidi vbi quis pōt mortem ſine pctō euadere. Secunda obiectio. Nemo pōt pro ſalute vite alteriꝰ membrum ſui corꝑis exponere ergo nec totum corpus: ⁊ per ꝯſequēs nec vitam. Antecedens patꝫ quia nemo videtur dñs membroꝝ ſuoꝝ. l. liber hō. ff. ad. l. aq̄l. Cōfirmatur ꝑ Apoſto. ad Gala. iiij. dicētem. teſtimonium eñ ꝑhibeo vobis: quia ſi fieri poſſet oculos veſtros eruiſſetis ⁊ dediſſetis mihi: vbi glo. ſup ꝟbo ſi fieri poſſet (inquit) nō poteſt fieri qđ iuſte nō fit. Tertia obiectio. Famā negligēs cū eam ſeruare pōt peccat in ſe ⁊ in proximos: Ergo multo magis vitā negligēs: tenet ꝯſequētia qꝛ vita corporis eſt preferēda fame. Añs patet ex. c. nō ſūt audiendi. xj. q. iij. vbi dicit Auguſt. ꝙ fama ſeu eſtimatio hoim nō ſolum impudenter: ſed etiam crudeliter cōtemnitur. Quarta ſi dicta ꝓpoſitio eſſet vera ſequeretur qđ qui iuraſſet redire ad carcerem iniurioſū ex quo ſibi imminet periculum mortis teneretur ad illū redire: ſed hoc videtur falſum ⁊ cōtra cōmunem doctoꝝ ſententiā: ergo ⁊c̄. ſequela tenet: qꝛ omne iuramētum eſt obligatorium ⁊ ſeruandum. qđ ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis eterne vt pꝫ ex. c. ſi vero de iureiurā. Quinta ratio talis eſt: ꝑmittēs ſe occidi videtur tētare deum: periculo damnationis ſe exponens: qđ nūꝙ̄ licet ergo ⁊c̄. Sexta rō eſt contra tertiā ꝓpoſitionē nūc poſitā. Iniurioſe aliū inuadēs ꝯmittit manifeſtū facinus. ergo nūꝙ̄ eſt in arbitrio eiꝰ q̇ pōt defendere ſinere inuaſum occidi aut occidere inuadentē. ſꝫ tenetur inuadēti reſiſtere tenet ꝯñia: qꝛ nō caret vitio ſocietatis occulte: q̇ manifeſto facinori deſinit obuiare. lxxxiij. diſt. erro. Et in cap. quante de ſentent. excōmunicatio. dicit papa eos interpretamur peccātibus fauere: qui cū poſſunt manifeſto facinori deſinūt obuiare. Ad primam iſtarū

Universidad de Deusto
Biblioteca



obiectionum dico ꝙ duobus modis aliqua pertinēt
ad ius naturale: vno mō q: ſunt in ꝑcepto vel in ꝓhi
bitione iuris nature. Alio modo quia ſunt iure na⸗
ture ſic permiſſa ⁊ conceſſa: ꝙ nunq̄ alicui inuito ni
ſi ob aliqua demerita prohiberi poſſunt: ſed ferme
ſemper equitatem continent: aut ſaltem iniquitatē
excludunt: quomodo cōtrahere matrimonium iure
nature cuiq̄ potenti eſt cōceſſum: tamen non con⸗
trahere non eſt peccatum: immo melius iuxta doctri
nam Apoſt. j. ad Corint. vij. ſolutus es ab vxore no
li querere vxorem: mō vim vi repellere eſt de iure na
ture hoc ſecundo modo non primo. Ad ſecundã ob
iectionem nego antecedens / ad probationem dico:
ꝙ verum eſt neminem eſſe dn̄m membrorum ſuorũ
quoad hoc ꝙ poſſit ea a ſe abdicare amputando aut
procurando eorum amputationem / ſeu negligentia
aut in curia ſinendo ea perire / vtiq̄ tamē quoad hoc
poteſtatem habet: vt poſſit patiēter tolerare iniurio
ſam illorum oblationem / ſicut propter nulla deme⸗
rita licitum eſt alicui vt ſibi mortem infligat: atta⸗
men poteſt tolerare ⁊ debet: vt ei a iudice ſm ordinē
iuris infligat̄. Ad tertiam dico ad antecedens ꝙ in
caſu contemnere famam pro bono virtutis nō ſolū
licet ſed meritoriū ⁊ laudabile eſt. Hic Seneca epi⸗
ſtola. lxxxj. Nemo videtur mihi plus eſtimare virtu
tem: nemo magis illi eſſe deuotus: q̄ qui famam bo
ni viri perdit: ne conſcientiam perderet. Et Augu⸗
ſtin⁹ ad Secundinum manicheum / Senti de Augu
ſtino quicq̄d volueris: ſola me in oculis dei ꝯſciētia
non accuſet vndecima queſtione tertia ſenti. Atta⸗
men ſine cauſa prodigere famam nō licet / quo caſu
intelligitur verbũ Auguſtini in dicto capitulo nō
ſunt audiendi. Sic etiam ſine cauſa permittere ſe oc
cidi magne dementie eſt: ſecus cum ad exercitiū pa⸗
tientie vel illius exemplum mōſtrandū alijs aut in⸗
uadēti ſeruetur tempus penitētie. Ad quartam ra
tiōem admitto ſequelam. Nec valent motiua docto
rum aſſerentium contrarium. quorum vnum tangit
Panormitanus in dicto ca. ſi vero in tertia oppoſi⸗
tione. Iuramentum quod vergit in interitum vite
ꝓximi non eſt ſeruandum. vigeſima ſecunda queſtio
ne quarta capitulo primo. cum quatuor ſequētibus
ergo nec iuramentum quod vergit in detrimentum
ſeu perniciem proprie vite. Secundum motiuum eſt
ex glo. in cle. paſtoralis. de ſenten. ⁊ re iudi. dicente
ꝙ ſi captiuus ad penam vel periculum mortis rela⸗
xatur iuramento ſuo mediante de redeundo ad car⸗
cerem. ſi mors eſt iniurioſa non tenetur: fundat in te
tu qui dicit: qua enim ratione aliquis teneretur con
ſiſtorij talis ſubire iudicium: ⁊ in hoſtium ſinu repo
nere: ac ad mortem per violentam iniuriam vltroneū
ſe offerre. Ad primum iſtorum dico conſequentiam
non valere: cum enim aliquis ſit magis dominus eo
rum que ad ſe pertinent q̄ que ad alios: poteſt licite
multa pati aut ſinere ſibi inferri: que ei nō licet alte
ri inferre aut ſinere īferri. Ad ſecundum dico ꝙ tex
tus in quo ſe fundat illa gloſa nihil facit ꝓ ſua opi
nione: ſed ſolum ꝙ ex citatione aut alio vinculo ſa⸗
cramenti in generali preſtito nemo obligatur ſe ex⸗
ponere iniurioſe mortis periculo: q: virtute talis
iuramēti non obligatur ad quod noluiſſet veriſimi⸗
liter ſe obligare ſi in ſpeciali de illo precogitaſſet: iu
xta theoricam docto. in capitulo veniens. ⁊ in capi⸗
tulo quinta vallis. extra de iureiurando. Ad quintã
rationem dico: ꝙ periculo damnationis non ſe expo⸗
nit: qui confeſſus ⁊ ſacra communiōe refectus aut
contritus de peccatis: vt meritum proprie patiētie
augeat ⁊ alios ad voluntariā temporalis mali per
peſſionem adhortetur libenter mortē tolerat iniu⸗
rioſam: immo pie credendum eſt: ꝙ hoc caſu ipſa ſui
ſanguinis effuſio eū a peccatis expurget ſi opus ſit
ex purgatiōe. Ad ſextā rationem nego conſequen⸗
tiam: ad probationem dico ꝙ textus illi ⁊ ſimiles in
telligendi ſunt quādo quis temere ⁊ ſine rationabi⸗
li cauſa deſint facinori obuiare ⁊ maxime quādo do
lo hoc omittit: vt Innoceñ. dicit. d. c. quante. Unde
qui non prohibet adulteriū: vt non perpetretur ho⸗
micidium: non propter hoc cenſetur fautor adulte⸗
rij. arg. xxxiij. q. ij. ſi quod verius. Ita qui non pro⸗
hibet facinus inuadentis: vt eius vitam ſaluet: quã
do non magis tenetur ſaluare vitam inuaſi ꝙ inua⸗
dentis non cenſetur peccare neq̄ ei fauere niſi ei ad
inuadendum alium opem ferret. Secundo inqui⸗
rendum eſt an pro tuitione membri licitum eſt occi⸗
dere inuadentem volentem iniurioſe brachium vel
pedem aut aliud ſimile membrū amputare. Et vide
tur ꝙ non: quia ſecundū ordinem charitatis obliga
mur magis vitam proximi diligere q̄ ſalutē parti⸗
cularis membri noſtri corporis: ſine quo vita nobis
ſeruari poteſt. ergo ⁊c. Pro huius ſolutiōe premit
to ꝙ ſi preuiderem venientem ad me: vt manum vel
pedem mihi amputet in ipſo itinere precipitandum
ex quo mortē incurret nō teneor illi occurrere ma⸗
num amputandā offerendo ne ſeipſum precipitet.
Similiter ſi tirannus offerat mihi: ꝙ ſi velim ꝑmit⸗
tere brachium amputari dimittet liberum quē ali⸗
ter iniuria occidet: non teneor illi brachium offerre
quia pie motus poſſū velle illud ſeruare: vt plures
alios ab iniuſta morte liberem. Ex quo infero hanc
propoſitionem reſponſiuam. Eo caſu quo licet (vt
dictum eſt) pro conſeruatione vite proximo vitam
adimere: ſimiliter licet pro conſeruatione mēbri cor
poris: patet: quia ſecundum curſum rerum humana
rum nullum eſt membrū ſaltē ex principalib⁹: qđ
non probabiliter timere poſſumus fore in caſu no⸗
bis neceſſarium ad cōſeruationem proprie vite aut
plurium aliorum: vt manus ad defenſionem: ⁊ pes
ad fugiendum hoſtem. Ad rationē dico: ꝙ licet ab
ſolute magis obligemur vitam proximi diligere q̄
ſalutem particularis membri: non tamen tenemur
ſtatim illud perditioni exponere pro vita proximi:
qui ſuam vitam tam vilem habet vt eam venalē aut
periculo exponat pro iniquo deſiderio explendo.
Etiam in hoc caſu defendens nō tam cenſetur inua
dentem occidere q̄ ipſe iniurioſe inuadens ſeipſum.
Tertio videndum eſt an pro conſeruatione honoris
⁊ fame licitum etiam ſit an non iniuria inuadentem
occidere. Pro deciſione huius queſiti preſuppono:
ꝙ fama eſt illeſe dignitatis ſtatus legibus ⁊ morib⁹
comprobatus. l. cognitionem. §. extimatio. ff. de va.
⁊ extraor. cog. Ex quo ſequitur: non omnis opinio
vulgi temere concepta eſſe fama: cum inſtar ſtulto⸗
rum frequenter laudat reprobanda: ⁊ laudanda re⸗
probet. Secundo preſuppono: ſicut hoſtem aggre⸗
di aut eundem expectare eſt aliquando actus forti⸗
tudinis: ita ſimiliter ⁊ hoſtē fugere: vt tertio Ethi⸗
corum tractatu de fortitudine morales philoſophi
tractare ſolent: cum enim homo etiam miles poteſt
fuga vitam ſuam ſeruare: ſi ſua mors nullā vtilita⸗
tē neq̄ ſibi: neq̄ alijs: neq̄ reip. ꝓ qua militat affert
nō ſolū pōt verũ etiā tenet̄ vitā ſuam fuga ſeruare.
Ex his ſequitur ꝓpoſitio reſpōſiua: ꝙ pro ꝯſerua⸗



tione honoris aut fame apud ſtultam vulgi imperi⸗
titi opiniōem nō licet neq̄ ſe periculo mortis expo⸗
nere: neq̄ inuadentem proximum occidere: quāuis
Bartho. (quem doc. cōmuniter ſequūtur) oppoſitū
ſenſerit in. l. vt vim. ff. de iuſti. ⁊ iure. nec valet dice⸗
re ꝙ famam negligens in ſeipſum eſt impius ⁊ in ꝓ⸗
ximos crudelis qui inde ſcandalizantur. Quia hic
nō eſt infamia magis quam ſi peritus miles contra
vulgi opiniōem pericula declinet. Poteſt etiam hāc
infamiam abolere armorum exercitio: aut alijs dicē
do ꝙ fugerit de proximo vitam adimendo viam ſa⸗
lutis adimeret / propter quod (ſicut dixi) pōt in ca⸗
ſu ſalutem ꝓprie vite contemnere / ita etiam poſſet
in caſu iacturā aut detrimentum vere fame patien⸗
ter ſuſtinere. Quarto inquirendū eſt / an pro tuen⸗
dis fortune rebus / quando aliter ſeruari nō poſſūt
liceat auferre volentem occidere. Quod ſic apparet
Exodi vegeſimo ſecūdo vbi dicitur ſi effringēs fur
domum ſiue ſuffodiens fuerit inuēt⁹: ⁊ accepto vul
nere mortuus / percuſſor nō erit reus ſāguinis. hoc
autem tantum cōceſſum videtur ob ſolam cuſtodiā
rerum: ergo pro cōſeruatione rerum licet inuaſorē
occidere / qualiter ſeruari nequeunt / cui conſonat. l.
furem. ff. ad. l. cor. de ſica. que ſic habet furē noctur⸗
num ſi quis occiderit: ita demū impune foret: ſi par
cere ei ſine ſuo periculo nō poterit. In oppoſitū eſt
textus in capitulo ſuſcepimus. extra de homicidio /
vbi dicitur / ꝙ expedit potius poſt tunicam relinque⸗
re pallium / q̄ pro cōſeruandis rebus ⁊ tranſitorijs
eam acriter in alios exardeſcere / vt ꝓ illarum rerũ
cōſeruatione occidantur. Quantum ad preſentem
queſtionem inueniuntur varie ſenſiſſe doctores. Nā
Bartho. quem ſequuntur plures legiſte / ⁊ etiā qui
dam ſummiſte / in dicta lege / furem tenēt eſſe licitũ
pro tuitione bonorum fortune occidere inuaſorem.
Doctores canoniſte in dict. capite. ſuſcepimus. ⁊ in
capitulo interfeciſti. de homicidio. ⁊ etiam theologi
cōmuniter dicunt nō licere niſi ſaltem pro cōſerua⸗
tiōe rerum ſimpliciter neceſſariaꝝ ad vitaꝫ. Immo
Scotus doct. ſubtilis in iiij. diſtincti. xv. (q̄uis mi
nus recte) dicit nō eſſe licitum principibus ſeu cō⸗
munitatibus occidere furem ꝓ ſolo furto ſeu abla⸗
tiōe reꝝ fortune. Itaq̄ horum opiniōem tanquam
veram ſequens pro ſolutione huius queſtiōis pono
hanc ꝓpoſitionem. Nō licet priuate perſone ꝓ ſola
tuitiōe bonorum fortune inuaſorem occidere. Pro
bo ſecūdum Auguſtinum primo de doctrina Chri⸗
ſtiana. Ille iuſte ⁊ ſancte viuit qui eſt rerũ integer
eſtimator / Is vero eſt qui ordinem diligendorũ ſer
uat: vt in dilectione nō preferat qđ poſtponendum
eſt ſed vita proximi preferenda eſt bonis fortune.
ergo ⁊c̄. Minor patet per magiſtrum diſti. xxix. iij.
ſentē. vbi ordinem diligendorum ex charitate hunc
eſſe dicit / vt prius ⁊ magis diligatur qđ ſupra nos
eſt / qđ eſt deus. Secundo quod nos ſumus. Tertio
quod iuxta nos eſt / vtputa ꝓximus: Quarto quod
infra nos eſt / vcꝫ corpus ⁊ externa bona. Secundo
probo idem / extra articulum neceſſarie defenſiōis /
pro perſonali ſuiꝑſius vel ꝓximi iniuria repellēda
niſi priuate perſone licet alium occidere / niſi in ca⸗
ſu ſpecialiter a iure nō ſolum permiſſo / ſed etiam cō
ceſſo. Sed pro cōſeruatione rerum ius non cōcedit
alium occidere / licet in aliquib⁹ caſibus permittat.
ergo ⁊ cetera. Minor patet: quia. l. furem allegata /
que magis cōcedere videtur quā aliqua alia dicit ꝙ
furem nocturnū occidens ita demum impune feret:
ſi parcere ei ſine periculo nō potuit / nō dicit ſine rei
ſue periculo: quamuis cōmuniter doctores ſic intel
ligant ſaltem legiſte. Nec valet conſequentia. Lex
permittit hoc fieri: ſeu facientibus nullam irrogat
penam: ergo hoc eſt licitum. Sicut occidenti turpi⸗
ter inuentum cum vxore: filia: aut ſorore: vel matre
nullam infligit lex penam: vt patet ex. l. qđ ait lex. §.
qđ ait. ff. de adulterijs: neq̄ etiam canon ſi fuerit ſic
inuentus clericus penam excommunicatiōis vt pa
tet ex capitulo ſi vero. j. de ſententia excommunica⸗
tiōis. Et tamen vt etiam ſentit Panormitanus in
hoc capi. talem ſic inuentum occidens peccat / ſicut
aperte videtur dicere textum in capitulo admone⸗
re. ⁊ in capitulo inter hec. trigeſima tertia queſtiōe
ſecunda. Sed pro ꝓprie iniurie repulſione aut vice
defenſione nō ſolum permittit lex / ſed etiam conce⸗
dit expreſſe in certis caſibus extra articulum neceſ
ſitatis inuaſorem occidere: vt patet de aſſaſinis iam
diſſidatis ⁊ reipu. inimicis. de homi. in ſexto capite.
pro humani. Sic etiam de nocturna agrorum depo
pulatore / ⁊ latrone publico ac deſertore militie con
ceſſum videtur. C. quādo vnicuiq̄ vindicare ſine iu
dice licꝫ. Et licet titulus vtatur verbo vindicare im
proprie vtitur / quia lex prima ⁊ ſecūda nō loquun⸗
tur de vindicta priuate perſone / ſed quam nomine
reipublice cōuenit inferre. Ad rationem ante oppo
ſitum dico cuꝫ Auguſtino ꝙ furem nocturnū: ideo
licuit occidere / quia nō poteſt diſcerni ꝙ ad furan⸗
dum tantum nō ad occidendum venit. Quod in fu⸗
re diurno cognoſci poteſt / propter quod talem non
licuit occcidere. vt patet Exodi vegeſimo ſecundo.
vbi dicitur. Quod ſi orto ſole hoc fecerit homicidiū
perpetrauit / ⁊ ipſe moriatur: vel dici poteſt / ꝙ in
lege Moyſi ex ſpeciali legis cōmiſſione ſeu cōceſſio
ne licuit furem nocturnum occidere / quemadmodū
nunc licet nocturnum populatorem agrorum: vt di
ctum eſt. Nō eſt igitur ratio diuerſitatis quam aſſi⸗
gnant multi doctores poſt gloſam dicte. l. furem. vi
delicet ꝙ fur nocturnus nō poteſt ꝯgnoſci. Et ideo
ab eo nō poſſent iudicialiter reperi furto ablata di⸗
urnus vero noſci poteſt propter qđ poterit per iu⸗
dicem compelli ad reſtitutionem ablatorum. Ad ra
tiones ante oppoſitum. Ad primam dico / ꝙ ſicut te
netur a ſe repellere iniuriam cum vult pro exercitio
patientie illam tolerare. Ita ſi ſciat ꝓximum ſimi⸗
liter velle pati iniuriā nō obligatur eū liberare: qđ in
telligo de priuata perſona / quia poteſtas ſeu conſu⸗
latus: obligatur etiam volentem iniuriam pati libe⸗
rare. Quod ſi quis contra hoc adducat textum ca⸗
pitulo finali. vigeſima tertia queſtione tertia. Ubi
Auguſtinus peccaſſe dicit Iudeorum populum ꝙ
nō liberauerit Chriſtum a morte quem tamen con⸗
ſtat voluiſſe pro redeptione generis humani pati.
Dico ꝙ Auguſtinus ſi loquat̄ de populo apud quē
auctoritas publica nō fuit vult ꝙ peccauerit / quia
nō ſciuit Chriſtum omnino velle pati neq̄ inq̄ſiuit
an iuuari vellet: vnde populus qui nō liberauit bea
tū Andreā a paſſiōe iniuſte illata a pctō excuſatur
q: rogauit pplm bea. Andreas / vt nō impediret ei⁹
paſſionem. Ad ſcđam rōem dico ꝙ dictū Ambroſij.
veritatē habet qñ nō cōſtat de iniuria patientis: vel
dico ꝙ nō nocetur ei qui ab iniuria inferenda ꝓhibe
tur cū docuerit Amb. a ꝓximo repellēdā eē iniuriā
in cap. nō inferenda ſuperius allegato. Ad tertiā pꝫ
rñſio in ſolutiōe ad tertiā rōem poſita cōtra primā
ꝓpoſitiōem primi inq̄rendi; vel dico ꝙ Aug. loquit̄

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



extra caſum ineuitabilis neceſſitatis cum faciat dif ferentiam inter militem qui auctoritate publica fũgiť: ⁊ priuatam perſonam. ¶ Secundus articulꝰ eſt. An p̄dicta pietatꝫ officia obligemur exhibere ꝓximo inuito ſeu nolẽti. Q̃d nõ/ oſtẽdo tribꝰ medijs. Primum eſt ꝑfectio nr̃a ꝯſiſtit in imitatione chriſti iuxta illd ſaluatoris Luce. vj. Nõ eſt diſcipulus ſupra mgr̃m: perfectꝰ aũt om̃is erit: ſi ſit ſicut magiſter eiꝰ ⁊ Matt. v. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt: ſed deus inuitis beneficia nõ p̄ſtat: ergo ⁊c̃. minor pꝫ Ezec. iij. vbi dñs ꝓphete dicebat. Adherere faciã linguã tuã palato tuo: qꝛ domus exaſperans eſt. Et Apo. actuũ. xiij: iudeis dixit: vobis oportebat primũ loqui v̾bum dei: ſed qꝛ repellitis illud ecce ꝯuertimur ad gentes. Secũdo arguo ad idẽ. Nõ obligamur ꝓximũ defendere: niſi ꝓpter iniurie repulſiõem: ſed quando nõ vult defendi nulla fit ei iniuria ergo ⁊c̃. minor patet: qꝛ videť ꝯſentire in nocumẽti illatione. Jã ſcienti ⁊ ꝯſentienti nõ fit iniuria neqꝫ dolus: vt habet regula iuris in ſexto. Etiã bñficiũ nõ ꝯfertur inuito. l. inuito. ff. de reg. iur. Tertio ad idẽ. Ex ordine charitatis quiſqꝫ magis obligať ſibi q̃ꝫ alteri: qꝛ vt dicit Phũs. ix. Eth. Amicabilia que ſunt ad alterũ ſunt ex amicabilibꝰ que ſunt ad ſe: ſed patiẽs iniuriã ſi nolit/ põt ſe nõ defendere: ergo alter nõ obligatur cũ nolẽtem defẽdere. Ad oppoſitũ eſt ſentẽtia Aug. xxiij. q. iiij. Jpſa pietas. Pro ſolutione huius articuli. Sicuti ſũt quatuor bonorũ genera: vtputa fortune: fame: corporis ⁊ anime: pono quatuor ꝓpoſitiões. Prima ẽ Priuata ꝑſona nõ obligatur ꝓximo iuito bñficiũ defenſionis rer̃ ſeu bonorum fortune exhibere niſi in caſu imminẽtis ſcandali. Patet veritas huius ꝓpoſitiõis: qꝛ obligatio tuendi bona ꝓximi ſolũ currit in fauorem ipſius: cui fauori qñ eſt dolens defendi videtur renunciare. Cũ vnicuiqꝫ renũciare liceat qđ in eius fauorem eſt introductũ. cap. ad apoſtolicam. extra de regula. Dico notãter priuata ꝑſona/ qꝛ poteſtas ſeu qui publica auctoritate fungiť: oĩa crimina etiam nõ requiſitus cohibere tenetur. xxiij q. v. ca. regum officiũ. Dico etiã cũ in caſu imminentis ſcandali: qꝛ ſi ex ablatione rer̃ iniurioſa veriſilr̃ aliorum ſcandalum imminet/ videlicet ꝙ is cui auferuntur bona habet filias que ob penuriam v̾iſimiliter ꝓſtituerentur: quia tunc talis peccat nolens defendi ſi nõ poſſit per ſe ſua tueri obligamur ei inuito beneficiũ defenſionis p̄ſtare in fauorem alior̃. Secũda ꝓpoſitio. Obligamur ꝓximi nolẽtis ſeu inuiti famã defendere: quemadmodũ ⁊ ipſe obligatur ne ꝓximos ſcãdalizet: pꝫ/ qꝛ ex iactura fame/ vt in pluribus ſequiť alior̃ ſcandalũ: ſed illud prohibere tenemur quantum poſſumus: ergo ⁊c̃. Hinc ꝓpheta pſal. c. dicit detrahẽtem ſecrete proximo ſuo hũc perſequebar. Tertia ꝓpoſitio. Nos obligamur mẽbrorũ ⁊ vite ꝓximi ſalutem tueri ſiue volens fuerit ſiue inuitus/ quando ſine cauſa rationabili vtputa ſine ꝓfectu virtutis ipſe vel alius ei membra aut vitam auferret. Dico ſine ꝓfectu virtutis quoniam ſi propter martyrij palmã aut patientie profectum nollet defendi nõ obligaretur priuata perſona eum defendere: ſecus de eo qui publica fungitur auctoritate vt dictum eſt. Veritas huius ꝓpoſitionis pꝫ ex Auguſtino in ca. ipſa pietas. xxiij. q. iiij. vbi dicit ſi duo aliqui in vna domo ſimul habitarent quaꝫ certiſſime ſciremus ruituram: nobiſqꝫ id prenunciantibus nollent credere: atqꝫ in eadẽ manere ꝑſiſterent/ ſi eos inde poſſumus eruere/ vt alterius redire ſub eius periculum non auderent puto niſi faceremus non immerito crudeles iudicaremur. Confirmatur per gloſam. octuageſima tertia diſtinctione in principio dicentem: ꝙ medicus tenetur curare diuitem infirmum ei nolentem aliquid dare etiam ſuis expẽſis: ſed ſi cõualuerit repetet expenſas. Jdem ſentit ſpeculator titulo de ſalarijs. §. quarto. Quarta ꝓpoſitio/ obligamur ꝓximum etiam inuitũ a detrimentis bonorum anime tueri. Veritas huius propoſitionis ſequitur ex precedente propoſitione: vt pꝫ per Auguſtinum in dicto capitulo Jpſa pietas ſic dicentem. Quid igitur de opere miſericordie/ qđ pro vita eterna adipiſcenda ⁊ pena eterna vitanda/ hominibus debemus impendere iudicãdum eſt: ſi ꝓ ſalute iſta non ſolum temporali: verum etiam breui ⁊ ad tempus exiguum duratura/ ſic nos ſubuenire hominibus ratio vera ⁊ benigna compellit. ¶ Ad rationes ante oppoſitum: ad primã dico ad maiorem/ ꝙ ſicut ibidem dicit ſimilitudinem pro ſua conditione ⁊ modo: videlicet homo ſeruet que ad eius officiũ pertinet: ſicut deus ſemper ſeruat que ipſum decẽt ⁊ ſue maieſtati conueniunt: quam ſimilitudinem dicit ſicut in illo quod dicit chriſtus Joannis decimo ſeptimo. Rogo pater vt omnes credituri ſint vnum ſicut tu pater in me ⁊ ego in te: vt patet ex capitulo damnamus. extra de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. ¶ Ad ſecundam dico ⁊ ad probationem minoris ꝙ nolens defendi non ſemper conſentit vt ei inferatur iniuria. Jtem nos obligamur inuitum defendere nõ tantum propter iniurie repulſionem/ ſed propter aliorum ſcandalum vitandum/ aut quia inutiliter pateretur: vt dictum eſt. Et ita maior illius rationis generaliter accepta nõ eſt vera. ¶ Ad tertiam dico ꝙ minor eſt vera: quando is cui iniuria infertur vtiliter/ aut propter maioris mali vitationem pati vult: quo caſu poſſumus ei beneficiũ defenſionis nõ impendere. Tertius articulus eſt. vtrum dicta charitatis officia obligemur impendere proximo dum nobis rerum aut corporis periculuꝫ imminet. Pro deciſione materie preſentis articuli occurrunt tria dubia diſſoluenda. Primum. An pro ſaluanda proximi vita oporteat bona fortune/ diuitias ⁊ facultates perditioni exponere. ¶ Secundum. Vtrum ꝓ eius vita ſeruanda liceat ⁊ etiam oporteat vite periculum ſubire. ¶ Tertium. Vtrum pro vita noſtri ꝓximi ſeruanda aut etiam procuranda oportet nos non ſolum periculo vite exponere: ver̃ etiam ipſam mortem obire. Pro diſſolutione horum dubiorum pono tres propoſitiones ſeu queſtiones. Prima eſt Pro redimenda ꝓximi vita a periculo mortis/ propter eius demerita/ per iudicẽ ei infligende nõ obligamur pecunias ſeu noſtras facultates expendere: quod tamen facere tenemur ſi per iniuriam: aut ſine eius demeritis vel ex naturali cauſa ei mors immineret: niſi potior aliqua cauſa occurrens nos excuſet. Prima pars huius propoſitionis patet/ quia vt coerceantur atqꝫ deterreantur malefactores non ſolum expedit/ verum etiam neceſſe eſt crimina eſſe punita/ immo longe ſanctius eſt ſinere iuſtitiaꝫ fieri in terrorem aliorum/ q̃ꝫ prece aut precio homicidam aut latronem redimere preſertim in locis vbi cõmuniter talia perpetrantur. Secunda pars patet/ per illud Ambroſij. Si tempore periculi quo iuſtus rapitur ad mortẽ plus apud te pecunia tua valeat: q̃ꝫ vita morituri: nõ eſt leue peccatum. lxxxvj. diſt. Nõ eſt ſatis. Patet etiã ex hoc qđ ſuperius allegaui ꝓuerbi. xxiiij. Erue eos qui ducunť ad mortem ⁊ q̃ trahũtur ad interitũ liberare ne ceſſes. Dixi in fine niſi aliqua potior cauſe nos excuſet/ qꝛ in cauſa poſſet ſeruari pecunia ſi nobis aut alijs ſãguine magꝫ cõiunctis aut reipubli. vtilibus eſſet neceſſaria/ ſed videat quiſqꝫ ne mẽtiatur ſibi iniquitas ⁊ neceſſitatem fingat/ qñ vix inuenitur eſſe vtilitas. Similiter ſi eum qui neceſſitatem etiã extremam patitur/ aut cui mors per iniuriam infligẽda eſt/ ſciam eſſe alijs aut reipublice pernicioſum/ vt puta occultum hereticum alios ſeducẽt: in blaſphemum/ ſodonitã/ latronem (vt apparet incorrigibilem/ nõ teneor illum iuuare) ſed licite permitto eũ perire/ quo caſu intelligẽdum eſt illud Auguſti. Vtilius eſuriẽti panis tollitur: ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat q̃ꝫ eſuriẽti frãgatur: vt iniuſtitie ſeductꝰ acquieſcat. v. q. v nõ omnis. Silr̃ ⁊ illud qđ ſecũdi Paralipomenon xix. diciť de Joſaphat q̃ regi Achab impio in cauſa tñ iuſta p̄bebat auxiliũ/ cui ibidẽ diciť a dño ꝑ ꝓphetã. Jmpio p̄bes auxiliũ/ ⁊ his qui oderũt dñm amicitia iungeris. ⁊ iccirco irã dñi merebaris ⁊c̃. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Propter ꝓximũ liberandũ a morte nõ obligamur nos morti aut periculo mortis exponere/ niſi vel ei vel alijs vita ſua ſit neceſſaria ad penitẽtiã/ aut ad impediẽdũ grauẽ aliquã ſcãdali ſeu turbatiõis occaſiõeꝫ: tñ ꝓpter pietatẽ in ꝓximum exercendam hoc nobis licitũ eſt. Pria pꝫ huiꝰ ꝓpõnis patet/ qꝛ regulariter p̄ſertim ceteris paribus licitũ eſt nobis ꝓpriã vitã vite ꝓximor̃ preferre/ vt patet ex ꝓpoſitionibus ⁊ ear̃ declaratiõibꝰ q̃ poſite ſunt in. j. artic. Primã exceptiõem videlicet niſi vita fuerit eis vel alijs ad penitentiã neceſſaria. Probo quia obligamur magis ſalutẽ ꝓximi diligere q̃ꝫ nr̃am corporalem vitaꝫ: vt patet ex ordine diligendorum ex charitate quã ponit Aug. j. de doctrina chriſtiana: ⁊ magiſter in iij. diſt. xxix. Et prime Joannis iij. in hoc cognouimꝰ charitatẽ dei: qm̃ ille ꝓ nobis aiam ſuam poſuit/ ⁊ nos debemus fratribꝰ animas ponere. Secũdam exceptiõem declaro ⁊ oſtendo videlicet ant ad impediendũ grauẽ ſcãdali aut turbatiõis occaſionem ⁊c̃. Quia ꝓ publica vtilitate ſeu reipu. pace ꝯſeruanda ſe morti exponere ad officiuꝫ virtutis fortitudinis pertinet. Sicut patet per philo. iij. Ethicorum. cap. de fortitudine. Vnde ſi quis ſciret ex occiſione principis etiã iniuſti/ ſeu tiranni aut alicuius quem multũ amat graue periculũ reipu. aut multis innocentibꝰ imminere deberet ꝓ eiꝰ liberatione ab iniurioſa morte ſeſe periculo mortis exponere. Vltima pars predicte ꝓpoſitiõis patet/ quia precipuus fortitudinis actus: qui eſt morti ſe exponere nõ ſolum exerceri poteſt licite/ dum cadit ſub precepto/ verum etiam dum eſt cõſilij/ obidexcuſantur a peccato/ ⁊ maxime laudandi ſunt qui ꝓpter aliquam exhibẽdam pietatem/ vtpote viſitationis/ cõſolatiõis/ ac ſalutaris admonitiõis infectos peſte/ aut alio contagioſo morbo laborãtes viſitant cum veriſimili periculo infectionis/ aut qui eos cuſtodiunt/ ſeu ipſis ſeruiũt/ aut ad hoc faciendũ voto vel ſacramento ſeſe aſtringunt/ attamen ob nullam vtilitatem ſeu ꝓ p̄cio aut pecunia ſe periculo mortꝫ aut infectiõis exponere/ maxime eſt ſtultitie ⁊ graue peccatũ/ vt patet ex textu Hierony. in capi. vide j. queſt. j. Vnde Cicero libr. officiorum pri. Fugiendum illud eſt: ne nos offeramus periculis ſine cauſa quo nihil poteſt eſſe ſtultius. Jn his tamen caſibus poteſt ſine peccato vite ſtipendium recipi/ ⁊ opus ipſum pietatis gratia exhiberi: vt ĩ teſte depoſituro extra ciuitatem ſeu locum habitatiõis. Neqꝫ etiam illicitum eſt ꝓ augmento tolerantie laborum/ fetorũ ⁊ huiuſmodi ſtipendij augmentum petere/ ſed nõ ob id qđ vite periculo ſe exponit/ cũ vita nõ ſit res eſtimabilis precio. Tertia ꝓpoſitio. Pro reuocatione proximi a peccato aut preſeruatiõe a ſcandali ſiue peccati periculo nõ tantum poſſumus/ ſed etiam obligamur ⁊ ipſam mortem ⁊ illius periculum ſubire Patet veritas huius ꝓpoſitionis/ quia magis tenemur diligere ſalutem ꝓximi: quam noſtram corporalem vitam/ vt nunc pluries dixi. Jtem per Auguſtinum primo cõfeſſionum dicentem eos peccare/ q̃ ob metum infamie aut cruciatus corporum corripere nolunt. Ex his propoſitionibus infero. Et ſi medicus aduocatus a peſtifero: vt eum preſentialiter viſitet ⁊ curet ſi poſſit: nõ obligatur eum viſitare niſi velit cum veriſimili periculo infectionis mortalis tamen ſacerdos etiam nõ curatus ab eodem vocatus vt eius ꝯfeſſioneꝫ audiat: nõ obſtante periculo infectionis/ adire tenetur: caſu quo paſtor: ſeu curatus abfuerit: aut preſens (quãuis illicite) adire noluerit. Patet veritas ſecũde partꝫ quia currit caſus quo talis ſacerdos obligatur ex talento clauis ſeu ordinis ſibi credito operari. Nec releuat talem preſbyterum ꝙ ſic laborans via cõtritionis ſine ꝯfeſſione ſaluari poteſt: quia fortaſſis hoc nõ faciet Secundo. via ꝯtritionis nõ eſt tam certa ꝓ conſecutione ſalutis: ſicut remedium ſacramenti ꝯfeſſionis. Demum ex omnibus predictis hanc cõcluſiõeꝫ reſponſiuam infero. Et ſi non ſemper: tamen in plurimis caſibus obligamur ꝓximum etiam nolentem aut inuitum ab oppreſſione iniurie: aut morte liberare: quamuis id efficere non poſſumus ſine nr̃o dãno: aut ꝓprie vite periculo. Sed contra hanc ꝯcluſionem arguit dñs quodlibetariꝰ. Ad veritatem vite que omnibus eſt neceſſaria ad ſalutem requiritur vt homo ſupra ſe deũ diligat: proximum vero infra ſe: aut ſaltem non ſupra. Ergo nũquaꝫ tenetur quiſqꝫ liberare ſeu tueri ꝓximum cum ꝓprie vite periculo. Tenet ꝯſequentia: quia hoc faciens videtur diligere ꝓximum pluſq̃ꝫ ſeipſum. Solutio. Non diligit ꝓximum ſupra ſe qui ob pietatem quam poteſt proprie vite preferre/ ſe morti offert aut eius periculo ſeſe exponit:

Prima queſtio ſine argumẽtis.

PRopter quid Job. xxj. ca. domus impiorũ dicuntur eſſe ſecure ⁊ pacate cũ Eſai. lvij. dicat dñs. Non eſt pax impijs. Difficultas huius queſtionis duos diuine legis p̄cones ſapientiſſimos: pariter ⁊ ſanctiſſimos in tantum olim perplexos fecit: vt curſuꝫ rerum humanarum attendentes de equitate viarũ dñi mutare viſi ſunt. vñ Pſal. lxxij: inquit ꝓpheta. Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei Quia zelaui ſup iniquos pacẽ pctõr̃ vidẽs in labore hoim nõ ſunt: ⁊ cũ hoibus nõ flagellabunť. ⁊ Hiere. xij. magna cũ admiratiõe inquit propheta loquẽs ad oſtẽdendum. Quare impiorum ꝓſperatur via: bene eſt omnibus qui preuaricantur: ⁊ inique agunt: plantaſti eos ⁊ radicẽ miſerunt ꝓficiunt ⁊ faciunt fructũ. Pro breui huius queſtiuncule reſolutiõe: p̄mitto ꝙ ſicut dicit Tho. ſecũda ſcđe.

Universidad de Deusto Biblioteca

que. xxix. par. ꝓprie dicta ⁊ cõcordia differũt: ſicut
magis commune ⁊ minus cõe. Omnis pax eſt ꝯcor
dia: ſed nõ omnis ꝯcordia eſt pax. Nam cõcordia eſt
diuerſorum cordium cõformitas electionis vt eadẽ
velint/ eadem reſpuant. Pax vero eſt ordinata con
cordia ſeu conſenſio hominis nõ ſolum cũ alijs/ verũ
etiam apud ſemetipſum: ita ꝙ eius appetitus ratio
nalis videlicet ⁊ ſenſualis in eadem recto ordine fe
rantur/ nõ in diuerſa aut ꝯtraria. Nam ſi rationi ſen
ſualitas/ viro mulier/ ſapienti ſtultus/ ſumma cum
conſentione imperet/ concordia eſt nõ pax: quoniam
rectitudo ordinis rerum nõ ſeruatur. Hinc ab Au
guſtin. xix. de ciuitate dei capit. xiij. definitur pax.
Que eſt omnium rerum tranquillitas ordinis. Hoc
premiſſo reſpondeo ad queſtionem ponendo aliquas
ꝓpoſitiones. Prima eſt/ In ſolis iuſtis ineſt pax/
patet quia ſicut queſtiõe pretacta. articulo. iij decla
rat Thomas. Pax eſt effectus charitatis/ ſecundũ
illud Pſalmiſte. Pax multa diligentibus legẽ tuã
ſed charitas in ſolis iuſtis ineſt igitur ⁊ pax. Ob id
Sapiens Prouerbiorũ. xvj. inquit. Cum placuerit
dño vie hominis inimicos quoque eius cõuerteret
ad pacem. Et ad Roma. xiiij. Non eſt regnum dei
eſca/ ⁊ potus/ ſed iuſtitia ⁊ pax ⁊ gaudium in ſpiri
tu ſancto. Secundo patet idem: quia vt habet Eſaie
lvij. Cor impij eſt quaſi mare feruens: quod quieſce
re non poteſt ſed redundant fluctus eius in concul
cationem ⁊ lutum. Unde Philoſophus nono Ethi
corum de impijs ſermonem faciens/ ait/ diſſident ſe
cum ⁊ alia volunt/ alia cupiunt/ neqꝫ ſecum ipſi con
gaudent neqꝫ condolent. Eſt enim in ſeditione eorũ
animus: cum interdum propter improbitatem dole
at ſi ſcandalum ſe abſtineat: interdum vero letetur
⁊ modo huc modo illuc rapiatur. ¶ Secunda ꝓpo
ſitio eſt. Cõcordia que eſt pax generaliter dicta: ali
quãdo inter impios inuenitur: ſed momentanea. iſta
bilis ⁊ admodum rara. Probatur/ ex hoc quod ſcri
bitur Job. xxj. c. de impijs. Ducũt in bonis dies ſu
os ⁊ in puncto deſcendunt ad inferna. Et Pſalmo
xxxvj. Uidi impiũ ſuperexaltatum ⁊ eleuatũ ſicut
cedros libani. Et tranſiui/ ⁊ ecce nõ erat/ ⁊ non eſt
inuentus locus eius. Cauſam autem propter quã
aliquantula ⁊ momentanea donantur temporali pa
ce/ aut proſperitate ſignat Propheta ſupradicto
pſalmo dicendo. Quiã non eſt reſpectus morti eorũ
⁊ firmamentum in plaga eorum. hoc eſt (vt exponit
Auguſtinus quia poſt hanc vitã mors eterna a qua
declinare non poterunt: item ⁊ cruciatus gehenne/
certus firmus/ ⁊ ꝑpetuus eos manent. ¶ Secũdo
dico ꝙ hec pax quam ſolam concordiam hominis cũ
alijs appellamus rara inuenitur in impijs in poten
tatu conſtitutis. Nam vt quidam ait/ rara concor
dia apud de imperio certãtes. Et prouerbiorum de
cimo tertio. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia.
Apud Xenophontem de tirannide inquit Hierony
mus. tirannus ad Symonidem. Tantum boni eſt in
amicitia: vt ad eam rem perficiendam: deorum atqꝫ
hominum munera videantur occurrere. Ad huius
rei tam bene tamqꝫ preclare nemo magis eſt expers
quam tirannus. Nam cum inter parentes: ⁊ liberos
⁊ fratres adinuicem: viroſqꝫ ⁊ vxores: omnium fir
miſſime arctiſſimeqꝫ ſint amicitie: eaſqꝫ priuati homi
nes diligentiſſime colant: adeo tamen ne he quidem
amicitie valent apud tirannos: vt ſepe filius a patre
⁊ pater a filio: ⁊ coniunx a coniuge: ⁊ frater a fra
tre meretur:

¶ Secũda queſtio ſine argumentis.

PRopter quod ſapiẽs Prouer. xvij. dicit.
Qui in ruina gaudet alteriꝰ nõ erit impu
nitus. cũ pſal. lvij. dicit ꝓpheta. Letabit
iuſtus cũ viderit vindictã. Ex hoc dicto
ꝓphete dogmatiſarũt quidam heretici/ qꝺ
homo iuſtꝰ deſiderare debet punitionẽ ſeu malũ ⁊ vĩ
dictã hoim pctõꝝ ⁊ deoꝝ aduerſitate ⁊ malo ſeu pu
nitione tam tpali ꝙ̃ ſpũali gaudere ⁊ letari: qꝺ apte
repugnat verbo dñi. Ezech. xxxiij. Nolo mortẽ pec
catoris ſed magis vt ꝯuertat ⁊ viuat. Scꝺo pꝫ falſi
tas huiꝰ hereſis: qꝛ apte repugnat p̄cepto diligendi
ꝓximũ quod iuxta doctrinã ſaluatoris. Matte. v. ⁊
Luce. vj. iubemur diligere nõ ſolum amicos: ſꝫ etiã
inimicos: eiſqꝫ bñfacere. ſed letari de eoꝝ malo/ ſeu
aduerſitate pertinet ad odiũ eoꝝ: igit nunꝙ̃ licet.
Pro reſponſione ad hãc queſtionẽ p̄mitto: ꝙ cũ ſm
doctrinã ſapientiꝫ Prou. xiij. deſideriũ ſi ꝯpleat dele
ctat aĩam. Nõ magis licet de bono aut malo ꝓximi
(ꝙ̃uis inimici) letari aut gaudere ꝙ̃ liceat ei malũ
optare/ imp̄cari aut cupere. hoc p̄miſſo pono aliq̃s
ꝓpoſitiones. Prima: Gaudere de ruina alterius in
malum culpe qꝺ eſt pctm̃. ſemꝑ eſt peccaminoſũ pꝫ:
qꝛ hoc ꝑtinet ad inuidentiã fraterne gratie q̃ eſt gra
ue pctm̃: vt puta in ſpm̃ ſanctũ: vt magiſter ⁊ cõiter
doct. dicũt. diſt. xliij. ij. ſententiaꝝ. Scꝺo pꝫ idem qꝛ
malum culpe ſemꝑ excludit rectitudinẽ ⁊ equitatẽ
diuine legis ſeu volũtatis/ de cuius excluſione gau
dere diabolicum eſt. Scꝺa ꝓpoſitio eſt/ de ruina ſeu
malo pene ꝓximi: vcꝫ de morte/ aduerſitate/ egritu
dine/ infamia/ in ꝙ̃tum eſt illius malũ/ ſeu nocumẽ
tũ nũꝙ̃ licet gaudere: ꝓbatur. Quia hoc mõ nemini
licet optare alteri malum/ cũ ſic velle alteri malum
nõ ſit aliud ꝙ̃ odire qꝺ ſimpliciter eſt in ꝓhibitione: er
go nunꝙ̃ licet gaudere de malo alteriꝰ inꝙ̃tũ hmõi
tenet ꝯña ex p̄ambulo p̄miſſo. Scꝺo ꝓbatur: qꝛ hoc
mõ gaudere de malo alterius pertinet ad nocendi ⁊
vlciſcendi crudelitatem q̃ nulli licet. Quamuis em̃
princeps iuſtam ⁊ rationabilem cauſam habeat infe
rendi alijs bellũ ſi tñ aĩo vlciſcens hoc faciat iniuſtũ
eſt bellũ vt no. glo. in ſumma. xxiij. q. ij. nocẽdi cupi
ditas/ vlciſcendi crudelitas/ impacatꝰ atqꝫ implaca
bilis animus/ libido dñandi ſunt q̃ in bellis iure cul
pant inquit Aug. eadẽ cã. q. j. c. quid culpat. Tertia
ꝓpõ eſt. Licitũ eſt gaudere de ruina ſeu malo pene
alterius: inꝙ̃tũ implet ex hoc ordo diuine iuſtitie
punientis pctã aut inꝙ̃tũ hoc malũ eſt ꝓuocatiuũ
ꝓximi pctõris ad penitentiã ſeu impediens faculta
tẽ nocẽdi ſiue ledendi innocentes. Ideo Jac. j. dicit
ſcriptura: oẽ gaudiũ exiſtimate fratres mei cũ in tẽ
tatiões varias incideritis: ſciẽtes ꝙ ꝓbatio fidei ve
ſtre patientiã operatur. ⁊ Aplꝰs. ij. ad Coꝝ. vij. ſcri
bẽs Corinthijs ait. Gaudete nõ qꝛ ꝯtriſtati eſtis: ſꝫ
qꝛ ꝯtriſtati ad penitentiã. In hũc em̃ modũ letabit
iuſtꝰ cũ viderit vindictã: ſed attẽdat q̃ſqꝫ qꝺ ſequit
manus tuas lauabit in ſanguine pctõris ſm Aug.
lauat q̃s manus ſuas in ſanguine pctõris qñ vidẽs
pctõris penã ſeu dei irã ſuꝑ impiũ: ꝯfugiẽdo ad dei
auxilium ſeſe preſeruat atqꝫ corrigit a peccatis/ ne
⁊ ipſe parem aut maiorem dei iram incurrat: alioq̃n
qui vel audiens vel videns aliorum ruinam ſeu affli
ctionem geſtit aut exultat/ aduertat formidandam
ſemper Saluatoris ſententiam. Luce decimo tertio
cuicum quidã nunciaret de Galileis quorũ ſangui
nẽ Pilatus miſcuerat cũ ſacrificijs eoꝝ reſpõdẽs
dixit illis. Putatis ꝙ hi Galilei pre oĩbꝰ Galileis



peccatores fuerint/ quia talia paſſi ſunt? Nõ dico vo
bis/ ſed niſi penitentiam habueritis oẽs ſimiliter pi
bitis/ ſicut illi decem ⁊ octo/ ſupra quos cecidit tur
ris in Syloe ⁊ occidit eos. Finis.

¶ Alia queſtio per eũdem eximiũ ſacre Theologie
profeſſorem Louanij prelecta.

QUeritur vtrum ſtudentes be
neficiati propter ſtudiũ excu
ſentur a lectione horarũ: ⁊ ap
paret ꝙ ſic tali medio ſicut di
citur. c. vnico. de cle. nõ reſidẽ
lib. vj. ꝓpter euidentẽ eccleſie
vtilitatẽ aliquis excuſatur ab
intereſſendo diuinis officijs in
eccleſia ſic ꝙ licite recipiunt:
⁊ poſſunt retinere diſtributiones: q̃ ſolis reſidẽtibꝰ
⁊ diuino intereſſentibus officio diſtribui ſolent/ q̃s
aliter recipere non poſſent: vt patet ex cõſtitutione
illius capi. Sed ſtudiũ maxime ſacraꝝ literaꝝ eccle
ſie videt ſumme vtile: quia ſicut dicit in. ca. cũ ex eo.
de elec. ⁊ ele. ꝑtãte. libro. vj. vniuerſalis eccleſia ad
ſui regimẽ viris literatis ꝙ̃ maxime noſcitur indige
re. Ergo clerici ſtudentes nõ ſimulate: ſed vere/ vi
dent ꝓpter vtilitatem ſtudij excuſari a lectione ho
raꝝ canonicaꝝ etiã ſi fructus ſuorũ bñficiorũ reci
piãt. ¶ Scꝺo arguit ad idẽ. aliquibꝰ laicis dant ab
eccleſia decime aut alia ſtipendia ex patrimonio cru
cifixi: ꝓpter aliqua ſeruitia per eos eccleſie exhibi
ta: ⁊ tamen nullus dicit eos obligatos/ ad horas ca
nonicas legẽdas: ergo ſilr veri ſtudẽteſq̃ fructꝰ bñ
ficioꝝ ſuoꝝ in ſtipẽdium laboꝝ ſuoꝝ recipiũt: vidẽ
tur poſſe excuſari ꝓpter laborem ⁊ vtilitatẽ ſtudij
a lectione horaꝝ canonicaꝝ. ¶ Ad oppoſitũ videtur
eſſe Aplꝰs. j. ad Corin. ix. Neſcitis qm̃ qui in ſacra
rio operant que de ſacrario ſunt edunt. ⁊ q̃ altario de
ſeruiũt cum altario participant/ in quo v̓bo apl̃i fũ
dat. ca. cũ ſm apl̃m de p̄ben. ⁊ dignita. ¶ In hac que
ſtione eſt op. quorũdã ꝙ omnes clerici/ ſiue in mino
ribꝰ ſiue in ſacris ordinibus ꝯſtituti obligant omni
die legere horas canonicas. Quã opinionẽ videt
ſequi gloſa fi. in. c. j. de celeb. miſ. ⁊ Inno. ibidẽ circa
principiũ cuius opinionis fundamenta ſunt aliqua.
Primũ ex. c. clerici. xcj. diſt. clerici. q̃ ad opus ſctm̃
adeſſe cõtẽpſerint: ſm arbitriũ epĩ eccleſiaſticã ſuſci
piãt diſciplinã ⁊. xcij. diſt. c. ſi. dicit textus. ſi quis p̄ſ
byter aut diaconus: vel quilibet clericus eccleſie de
putatus in quolibet loco fuerit/ in quo eccleſia eſt/
⁊ ad quotidianũ pſallendi officiũ matutinis vel veſ
pertinis horis ad eccl̃iam nõ cõuenerit deponatur a
clero: ſi tñ caſtigatus veniã ab epõ p ſatiſfactionem
noluerit ꝓmereri. Secundum fũdamẽtũ tãgit Pa
nor. c. j. de cele. miſ. credens illud eſſe de mente iuris
diuini ⁊ humani: ꝙ eo ipſo quo quis promouetur ad
ordines etiã nõ ſacros in ſortem dñi aſſumit ⁊ trã
fert ſe in deũ ⁊ eccleſiam: nã ſicut dicit. xxj. di. c. cle
ros ⁊ clericos. Cleros grece ſors eſt latine vel here
ditas/ ꝓpterea ergo dicti ſũt clerici: qꝛ de ſorte dñi
ſunt vel qꝛ dñi partẽ habẽt. generaliter autẽ clerici
nũcupant oẽs qui in eccl̃ia Chriſti deſeruiũt/ quoꝝ
gradus ⁊ noĩa ſunt hec: hoſtiarius: pſalmiſta: lector
exorciſta/ accolitus/ ſubdiaconus/ diaconus/ p̄ſbi
ter: epũs. ⁊. xij. q. j. ca. clericus qui inquit textus Hie
ron. clerici dicuntur: qꝛ de ſorte dñi ſunt/ vel qꝛ ipſe
dominꝰ ſors. i. pars clericoꝝ eſt/ ꝓpterea talẽ ſe ex
hibere debet clericus: vt ipſe poſſideat dñm: ⁊ ipſe
poſſideat a dño. ⁊. c. ſeq. cui. portio deus eſt. nihil de
bet curare niſi deũ: ne alterius impediat neceſſitas
munere: ⁊ hec videt eſſe cauſa ꝓpter quã priuilegia
immunitatis ⁊ libertatis eccleſijs ⁊ eccleſiaſticis ꝑ
ſonis ſunt cõceſſa. vñ. C. de ſacroſan. eccl̃e. l. placet
§. primo vbi prima quippe illius vſurpatiõis ꝯtume
lia depellẽda eſt ne p̄dia vſibus celeſtiũ ſecretorum
dedicata ſordidoꝝ muneꝝ fece verentur. ⁊ de epĩs ⁊
cle. l. p̄ſbiteros. dicit textus preſbiteros/ diaconos/
ſubdiaconos/ atqꝫ exorciſtas/ ⁊ lectores/ ⁊ hoſtiari
os ꝑſonaliũ muneꝝ expertes eſſe percipimus. Idẽ
ex p̄ſſe tenet noua ꝯſtitutio Federici imꝑatoris. Itẽ
nulla cõitas q̃ codẽ titulo inſeritur: ꝓpter eandem
cauſã etiã de iure clerici a poteſtate iudicis ſecular
eximũtur in. c. cũ nõ ab hoĩe. de iudi. ⁊ ideo in recom
penſam hoꝝ bñficioꝝ dicũt p̄dicti doctores quoſdã
clericos etiam in minoribꝰ ꝯſtitutos eſſe obligatos
ad ſeptẽ horas canonicas: nõ ſolũ humano iure ſiue
poſitiuo/ ſed etiã diuino/ qꝺ fundant ex v̓bo prophe
te/ pſal. cxviij dicentis: ſepties in die dixi laudem ti
bi ⁊c. dicunt tñ iure diuino eos ſolos eſſe aſtrictos
ad ſeptem horas canonicas: hoc eſt ad ſepties in die
orandũ/ ⁊ ad deũ laudandũ: ſed ad modũ hunc deter
minatũ legendi horas qui eſt in vſu ⁊ conſuetudine
eccl̃iaꝝ ſolo iure poſitiuo obligari: qñ talis modus
legendi horas vtputa ꝙ tales: aut tales pſalmi aut
orões legant accidit ex inſtitutione p̄latoꝝ eccl̃ie.
Sed qꝛ hec opinio in ſua generalitate cõiter nõ reci
pitur nec tenetur: neqꝫ etiam eius veritas officacit
cõcluditur ex motiuis ſeu fundamentis ꝓ ea addu
ctis/ ſicut in ſequenti declarabit. Ideo pro reſpõſio
ne ad queſtionẽ ⁊ illius declaratione pono aliquas
ꝓpoſitiones ſeu cõcluſiões. Prima. Clerici ſacris
ordinibꝰ ſiue aliq̊ ſacro ordĩe inſigniti/ vt puta ordĩe
ſubdiaconatus: diaconatus: aut preſbiteratus: ſilr
⁊ clerici beneficiati: ex ſtatuto ⁊ ordinatiõe eccleſie
obligantur ad horas canonicas. Hec ꝓpoſitio ꝓbat
ex. c. j. de cele. miſſa. qꝺ ſm archidiaconũ ⁊ ſi. xcj. di.
ponat ꝓ palea/ tamen in titulo. de celebrati. ⁊ de di
uinis officijs ponit ꝓ grano vbi tex. ſic dicit/ p̄ſbit
mane matutinali officio expleto penſum ſeruitutis
ſue: vcꝫ primã/ tertiã/ ſextã/ nonã/ veſperamqꝫ per
ſoluat: ita tamẽ qꝺ in horis cõpetentibus iuxta poſ
ſibilitatẽ aut a ſe: aut a ſcholaribus publice ꝯpleant
Et qꝛ aliquis ꝓteruire volens dicere poſſet hoc. c.
loqui de p̄ſbitero nõ de alijs clericis nõ p̄ſbiteris.
In ꝯfirmationẽ poſite huius ꝓpoſitiõis adducit. c.
dolentes. codẽ titulo. qꝺ ſic habet dolentes referi
mus: ꝙ nõ ſolum quidam minores clerici verũ etiam
aliqui eccleſiarum prelati circa comeſſationes ſuꝑ
fluas ⁊ confabulationes illicitas: vt de alijs tacea
mus fere medietatem noctis expendunt/ ⁊ ſomno
reſiduum relinquentes vix ad diurnum cõcentũ ⁊c.
In fine vero ponitur hec clauſula. hec igitur ⁊ ſimi
lia ſub pena ſuſpenſionis penitꝰ inhibemus diſtricte
p̄cipientes in virtute diuine obedientie: vt diuinũ
officiũ nocturnum pariter ⁊ diurnum: ꝙ̃tum eis de
derit deus ſtudioſe celebrẽt pariter ⁊ deuote ex qua
particula textus finali ad primã relata: vt debet ma
nifeſte ſequitur/ ꝙ non ſolum preſbiteri. ſed etiam
alij clerici preſertim beneficiati obligãtur ad horas
canonicas deuote legendas. Ideo etiam patet ex. c.
Eleuterius. nonageſima prima diſtinctio. vbi Pe
lagius papa Eleuterio fratri mandat: vt coepõ: cle
ricos ſuos ꝯtra canones ſuperbiẽtes debita obiurga
tione compeſcat ⁊ modis omnibus vigilijs ⁊ eccle
ſiaſticis officijs: vt exponit gloſa vacare ꝯpellat. Et

Universidad de Deusto Biblioteca

